






Henricus
1570









262

5354

V. III

HENRICUS Mediolanensis

Hebr III – 4170

Cost Sevi's at Monro's. 6-6
~~Monro~~. at Pinelli 1 —
1. — .

Sevi's Sale 1809
6

3094/A

LIBRI DVO

HENRICI MEDIOLANENSIS VETERIS POETAE AC PHILOSOPHI,

De Controuersia Hominis & Fortunæ:

NVNC RECENS AB INTERITU vindicati, & commentarijs in lucem editi:

Auctore

CYPRIANO A POPMA Phrysio.



COLONIAE AGRIPPINAE,
EX OFFICINA TYPOGRAphica Theodori Graminæi.
Anno Salutis. M.D.LXX.

HENRICI HOXARIA-
ni Ad Lectorem
Epigramma.

In lucẽ è tenebris nouus hic producitur author,
Materiam tractans cum grauitate nouam.
Forſan in obſcuris, conſperſus puluere, tectis
Delituit, nulli notus & author erat.
Nunc demum in lucẽ prodit tenebroſa peroſus,
Secum adfert multas vtilitatis opes.
In lucem minimè venit abſq; interprete nudus,
In Vatem σχόλιον *qui tibi fecit, adeſt.*
Authorem illuſtras Scholijs, *Cypriane, diſertis*
A Popma, Phryſij gloria magna ſoli.
Iure refers laudem à cunctis Cypriane, poëtæ
Qui in lucem tanti nobile reddis opus.
Reddis, & arte noua nouâ Commentaria ſcribis,
Quæ longa ingenij ſint monimenta tui.
Eſt opus egregium, Muſis & Apolline dignum,
Me dignum eſt cedro iudice Vatis opus.
Huic noſtro cedat facundus Naſo poëtæ:
Huic cedas Vati docte Tibulle nouo.
Carmina pōdus habent, ſucco neruoſa redundāt,
Doctius haud vnquam reddidit alter opus.
Ergo nouo fruitor, ſtudioſe poëmate Lector:
Crede mihi, inuenies quæ didiciſſe iuuat.

AMPLISSIMO CLARISSIMOQVE VIRO VIGLIO ZVICHEMO PHRYSIO

Arcani Consilij Regis Hispaniarum Pręsidi, Iureconsulto Clarissimo.

CYPRIANVS A POPMA PHRYSIVS S. D.



Lato princeps ingenij & doctrinæ, vt eũ Marcus Cicero appellat, AMPLISSIME VIGLI, Poëtas diuino spiritu agitari, & ab ipsis musis dependêre, earumq́ue quasi singulari beneficio & dono mortalibus commendatos esse tradidit. Rectè ille quidem & prudenter. Nam hi nobis ab ineunte ætate quodammodò vitæ ra

tionem commonſtrant, quid agẽ
dum, quidue declinandum: adeò
vt nõnulli aſſerere minimè addu
bitauerint poëtam ſolum eſſe ſa-
pientem: quod etiam cum Pytha
goricis comprobat Ariſtoxenes.
Hi mores & affectiones edocent,
res generoſas cũ iucunditate prę-
cipiunt: hi reges armare, in bella
deducere, naualibus claſſes immit
tere, cœlum terras & æquora de-
ſcribere, actus hominũ ad amuſ-
ſim deſignare, excitare torpẽtes,
laude dignos monere, temerari-
os retrahere norũt. Horum fami-
liaritate atq́ue colloquijs ſummi
Imperatores, reges, adeoq́; tyrã-
ni delectati fuerunt, vt arctiſsimè
eorum non ſolùm amicitiam co-
luerint: verum etiam in ſummo
cultu atque honore illos habue-
rint

rint. Policrates enim Samiorum tyrannus consuetudine vsus est Anacreontis: Et Siracusas ad Hieronem profecti sunt Aeschilus & Simonides: Cũ Dionysio qui aliquanto pòst in Sicilia tyrannidẽ adeptus est, familiariter vixit Philoxenus. Cũ Antigono Macedonum rege cognomine Gonota Antagoras Rhodius, & Aratus Solẽsis: & apud Homerum legimus Alcinoo familiarem fuisse Demochum poëtã. D. Brutus vir maximus, atque Imperator fortissimus magnoperè Accium poëtã dilexit, nulla quidem alia de causa præterquã quòd in scribẽdo carmine pręclaro ingenio foret. Caius Marius tot triumphis clarus, etsi durior ad studia humanitatis esset, Archiæ tamen nobilis poëtę, fa-

tę familiaritate hoc libentius vte batur, quod à nemine doctius res ſuas Cymbricas conſcribi poſſe crederet, in quibus laudes tū ſuæ ipſius, tum P. R. celebrarentur. Quid Domitianus Cæſar? Quid Numerianus Cari filius? Nonne poëtas ſuę ætatis non modò ſumma liberalitate fouerunt, ſed honoribus etiam ampliſsimis proſecuti ſunt? Quid D. Auguſtus, quã ta liberalitate, beneuolẽtia, ac humanitate Virgilium fouit amplexuſq́ue fuit. Quem quidem poëtarum principem ita adamauit, vt eum à ſe triſtem nunquam diſcedere pateretur, nec committeret quicquam à ſe efflagitari quòd non impetratum auferret? Nonne Alexander Magnus ob rerum geſtarum magnitudinem

cog-

cognominatꝰ, Homeri ita ſtudio-
ſus fuit, vt Iliada eius in omnib. ex
peditionibus dormiẽs ſub pului-
nari habuerit? Nonne Lacedęmo-
nijs olim Thebanam vrbem com
burentibus hunc verſum Pinda-
rus pro foribus poſuit πινδάρου τοῦ μου
σοποιοῦ τὴν στέγαν μὴ καίετε. Quo lecto à
domo Pindari incendium auerte
runt: quod etiam Alexãdrum po-
ſteà feciſſe cùm Thebas caperet, hi
ſtorici teſtantur: familiæ enim
Pindari poëtæ parci iuſsit. Apol
lo autem quanti Archilochum
poëtam fecerit, ex eo apparet,
quòd cùm Archilochi interfe-
ctor templum intrare vellet, eũ
his verbis prohibuit μουσάων θερά-
ποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ, id eſt, Mu-
ſarum miniſtrum interfeciſti, exi
templo. Quare meritò Diuinus il

le Plato in ſecundo de Republica poëtam graue plenumq; carmen nõ ſine numinis alicuius inſtinctu fundere dixiſſe videtur. Nec tamẽ me latet, quoſdam phanatico furore ſequientes, poëtas homines eſſe fabuloſos, dicere, eorumque poëmata mẽdacijs ac laſciuiis plena, & Deorum gentilium ineptijs referta. Quamuis longior quidem illa diſputatio ſit, quàm hîc tota explicari poſsit, hoc vnũ tamen illis reſponſum velim, poëtas non vt vita hominum deterior atque turpior fieret, ſed vt ad bonos mores vitamque honeſtiorem conducerent, poemata ſua proponere voluiſſe. Nam vt vnũ atque alterum exemplum adducam, Quid ſibi vult fictio illa Homerica de Vlyſſe, quàm principẽ

virum

virum & magiſtratum gerentem calliditate, fortitudine, ſapientia, rerumq́; experientia, cæteris præſtare debere? Quid Gigantum aduerſus Deos concertatio nobis aliud indicat, quàm eorum qui Deo opt. max. aduerſantur, omnia opera inania eſſe ac vana: Cõtraq́ue qui piè iuſteq́; viuunt, ſic omni in loco tutos eſſe, vt Dei ipſius auxilio nunquam deſtituantur? Quid Daphnes in laurum ſemper virentem metamorphoſis? ne aliud quidem nobis ſignificabit, quã Virginibus ſacris immortalem gloriam à Deo omnium rerum opifice eſſe præparatã. Quid Virgilius alios apud inferos ingens ſaxum voluere, alios verò radijs rotarum diſtrictos pendere teſtatur, aut quid Licaonis in lu-

pum & Iouis in vaccam conuersio nobis aliud ostendit, quàm sceleratis & peruersis hominibus nõ modò varios cruciatus, sed æterna esse supplicia pręparata? Quid de infernis iudicibus commemorem? Nonne Radamãthus Minos & Eacus, hoc est scelerũ conscientia, iusticia diuina & infracta veritas damnatos omnes post mortẽ à Deo omnium rerum opifice disgregant, & varijs (pro vt meriti sunt) supplicijs afficiunt. Vera sunt, ergo q̃ loquũtur poëtæ sed specie quadam velata. Metuebãt enim, vt est apud Lactantiũ, si cõtra publicam persuasionem quid dicerent, ne periculum sibi immineret. Sed vt aliquando ad poëtam nostrum veniamus, quẽ nos in communem rei literariæ vtilitatem

tatem in lucem edimus: ſuauis eſt & caſtus, vt ſimul & delectare & prodeſſe poſsit non ſtudioſis tantùm adoleſcentibus, ſed & cuiuis ætati magnum & fructum & voluptatẽ adferre, nec ijs modò qui in poëſi & eloquentia verſantur, ſed & Phyſicis, & Ethicis, deniq; omnibus qui vllum doctrinæ genus tractant plurimum proderit, ſi attentè legatur. Nam diuerſa decreta philoſophorum, & quæſtiones partim phyſicas, partim ethicas ad omnem virtutem pertinẽtes continet. Præclara eſt de cœleſtium orbium motu atq; agitatione diſputatio, dignaq́ue quam oẽs diligenti ſtudio legant. Lapidum naturas ac vires admirabili fœlicitate, et eloquẽtia deſcribit. Adde quòd graphicè et ele-

ganter vim ipſam Fortunæ, ac potestatem exprimit, quã vaga, incõstans, incerta, ac varia ſit, eundemque quem anteà ſuo beneficio extulit, ſubita viciſsitudine deprimat: id quod inter cætera exẽplo Friderici Imperatoris oſtẽdit. Hic cùm magna vſus eſſet fœlicitate, et ꝓſpero rerũ ſucceſſu efferreretur, Nonne poſt multos arridẽtis fortunæ luſus, verſa poſtremò fauoris ac proſperitatis rota tragicum ſortitus eſt exitum? Infinita ſunt vt ſummatim dicam, quæ, ſi diligẽter obſerues, te in omni ſcientiarũ genere multò inſtructiorem efficere poſſunt. Quare cum nuper hos libros fauentibus muſis nactus eſſem, officij mei eſſe putaui, vt omnibus mendis (quæ librariorum negligentia irrepſerant

rant) quàm emendatiſsimi in lu-
cem ederentur. Cogitanti autem
mihi cui hanc meam operam po-
tiſsimùm dedicarem, cuiuſq́; auſ-
picio hæ primæ ingenij mei pri-
mitiæ in lucem atque manus ho-
minum prodirent, viſum mihi fu
it, te vnum digniſsimum cui hos
meos labores conſecrarem CLA-
RISSIME VIGLI, qui bonos om
nes & honeſta ſtudia magno fauo
re proſequeris. Neque ſum veri-
tus quin tibi in ijs rebus vel maxi
mè occupato, quas olim Inuictiſ-
ſimus CAROLVS eius nominis
quintus Romanorũ Imperator,
nunc PHILIPPVS Hiſpaniarum
rex καθολικώτατος poſt hominũ me
moriam maximus, tuæ fidei dili-
gentiæq́; mandauit, hæc ipſa quę
nunc à me proficiſcitur volunta
tis

tis significatio futura sit vel iucũdissima. Nam etsi magna tibi est grauissimorum negotiorum imposita moles, quam tu summa cũ laude et omnium admiratione sustines: tamen in his tantis occupationibus, ita te literarum tractatio delectat, vt soleas à laboribus curisque istis grauioribus in quibus quotidiè versaris, in hæc studia quæ sibi ab humanitate nomẽ asciuerunt, quasi in hortum amęnissimum diuertere: vbi te dulcia doctorum virorum colloquia, de moribus hominum instituendis, de formandis Rebuspublicis, atque gerendis, de tranquillitate, et summa vrbium comparanda fœlicitate, semper mirificè delectãt: vt præter id temporis quod valetudini dare soles, quod sane pusil
lum

lum est, hora nulla sit, quam non in literis, et cùm virtute traducas. Hic plura (ne te forsan remorer) prætereo, politicas virtutes tuas, summamque et multijugam eruditionem, altissimumque iudicium, et in rebus gerendis prudentissimum exploratissimumque consilium, dexteritatem, constantiam, et fidem, cum ingentibus in Remp. meritis, quibus ad tantæ dignitatis apicem euectus es, vt inuictissim⁹ Hispaniarũ rex te verum et æquissimum νομοφύλακα iurisque asylum summi consilij præsidem esse voluerit. Quare nihil est in tota rerum natura quòd æquè magis bonum principem deceat: siquidem optimum principem iustè ac temperatè suas gubernantem gentes, ac populos tã-

quam

quam ſimulachrum eius ſanctiſſimum perpetuò diligit, tuetur ac fouet Deus. Vnde Conſtantinus Romanorũ Imperator, poſtquam imperium ſeptem ſumma prudẽtia ac iuſtitia adminiſtrauerat annis, ſentiens diẽ ſibi mortis imminere, Mauriciũ Cappadocẽ virum ſtrennuum deſponſata ei filia, imperij ſucceſſorem delegit. Hoc inquiens, regno tam diu fœlix vtêris, quoad æquitatis, ac iuſtitiæ tramites obſeruaueris. Diuus quoq; Auguſtin⁹ in libro de Ciuitate Dei quinto, Imperatores non eos fœlices iudicauit, qui longè lateque imperio potiũtur, ſed eos qui iuſtitiæ imperant, tardiùs vindicant, & facilè ignoſcũt. Arceſilaus Rex, vt Plutarchus de eo refert, cùm de fortitudine, iuſti-

iustitiaq́; rogaretur, vtra esset melior οὐδὲν ὄφελος ἀνδρείας, ἔφασκεν, εἶναι μὴ παρούσης δικαιοσύνης· εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο, μηδὲν ἀνδρείας δεηθήσεσθαι. Quod cú facis & plurimorum curam geris, illud consequeris, vt non modò Regi inter cæteros charissim⁹ sis, apud quem vt par est, summum dignitatis gradú tenes, quod est summa laude dignum, sed etiam longinquis notissimus sis, non ex præsenti corporis forma, ac lineamentis (quanquam multas peregrinas prouincias & remotissimas Italię ac Gallię academias studiorum ac posteà Cæsaris nomine legatus obijsti) sed ex imagine ingenij tui, quam verissimis coloribus expressam in perplexis & sinuosis Testamentorú titulis enodandis licet intueri. Quare AM-

** plis-

PLISSIME VIGLI, hos libros cõmentarijs nostris succisiuis horis illustratos, (reliquum enim tempus vna cum SIXTO & TITO fratribus maioribus natu, grauiori studio iuris impendimus) olim quidẽ CLEMENTI IIII. PONT. MAX. nunc tibi sacratissimi iuris Antistiti inscriptos, vt æquo ac beneuolo animo accipias, etiam atque etiam rogo. Vale. Data Vbiorum Coloniæ. XI. Calend. Nouembr. Anno M. D.LXIX.

RERVM AC VERBORVM IN HIS LIBRIS MEmorabiliũ Index.

A

Cice-

Mer-

M

N

O

P

Q

Quæ

BEA

BEATISSIMO PATRI CLEMENTI IIII.

PONTIFICI MAXIMO. HENRIcus Mediolanensis.
S. D.



Sacer orbis apex, Dux & Pater inclyte Clemens,
Insignem probitas, honor altum, cura paterna
Orbi te gratum reddit: Tu solis imago
Mystica præcipuis splendoribus occulis astra:
Fulgores siquidem clari cessere penatum
Luce superuecta radijs maiore retusis.
Cœlicolæ tu forma gregis, tu cultor honesti,
Criminis excidium, tu paupertatis Asylum,
Relligionis amans placidæ, tu pacis alumnus.
Normaq; Iustitiæ, iuris tu fautor amici:
Et custos animi rigidus, Tu corporis hostis.
Tu pius in reliquos, crudelis nosceris in te:
Nam tibi non parcis cupiens releuare cadentes.
In lucrum vt cedant alijs, dispendia gaudes
Propria. (ne lucris succedant damna caueto.)
Non vt palpo tuum verbosus quæro fauorem,
Vera loquor. Strages non esset parua, recessus

Orbi nempe tuus: Cuius tu gloria, ſplendor,
Et decus, æterno Paſtor venerãdus honore.
Oh fœlix animæ tantarum floribus ortus
Virtutum redolens: Nec abeſt clementia, ſedi
Ornatũ præbens: Hæc ſemper ſcreptra decorat.
Diceris hinc Clemens, vt gratia nominis orne
Virtutes reliquas, nec non faſtigia ſedis.
Sed tanti ſuperas menſuram nominis Alme:
Cũm nequeat ditem vox hæc depromere mentẽ.
Quartus es, vt numerus ſignet myſteria, cùm te
Virtutum quadriga vehat, ne forte labaſcas
Non metus, aut tabes, hebetudoq; culminis arc
Sacri ſiue nefas attingit. Pulcher amictu
Tu tali, iuſtus qui prudens, purus & acer.
Acer in aduerſis rebus, nitidusq; ſecundis:
Conſilio prudens, recti libramine iuſtus
Es quoque: Sis fœlix qui tanto munere polles
Numinis æterni tibi nutus amabile nomen
Conceßit: Sortiris enim de moribus almis
Illud, & hinc titulũ meruit clementia mentis.
Exteriore nota nã gratia promitur aptè,
Interior, concorsq; rei vox gratius aures
Intonat, & fructum producit viua ſupremum
Mortalesq; docet lateat quid pectore ſacro,
Acceßus alti paueat ne fortè ſedilis
Orbis, percepto Clementis nomine grato.
Almas quis poterit iam formidare ſynædras
In quibus ima regens reſidet clementia præſul
Hinc

Hinc (licet indignũ) carmen conscēdere sancta
Limina non metuit, diuamq; accedere sedem:
Absq; timore tamen tanti & tam præsidis alti
Non subit examē cui totus subiacet orbis.
Parce precor, metui dignatio prebuit ausum
Pectoris alma tui, necnon accepit amicũ
Artis te metricæ Pegasæo fonte rigatũ.
Pectora non affert secum, vanasq; poëses,
Pontificis sancti quæ lectæ lumina lædant:
Continet aduersæ potius solamina sortis.
Quinetiam diuina dabit, secretaq; pandet
Pro modulo tentata suo documenta sophiæ.
Primatesq; decet fructus libare recentes
Primitus, & vatum primos gustare labores.
Tædia compescens quin lectio fortè iuuabit
Carminis, & curis pectus cæleste fouebit
Concussum. Phœbus perlustrat nonne meatus
Aethereos? tamen hic radios deflectit ad ima.
Nonne leues pennas ales demittit ab alto,
Compressisq; volans ludit terra tenus alis?
Sic grandes animos, altosq; ad vilia fasces
Se conferre decet, pro tēpore vilis agellus
Insperata dabit quotiēs examina florum.
Ingēs excludat manibus si causa libellũ:
Nempe solent tantũ magnis incumbere magni,
Despicit & pectus paruorũ grande tumultum)
O pie sublimi liceat latitare vel æde,
Hospes enim si sit tāta, gaudebit, in aula,

Nominis iste tui liber insignitus honore
Sanctior ex tituli meritis, æuoq; futurus
Clarior, ipse tui ne solus muneris expers
Adsit, qui largis imples splendoribus orbem.
Iamq; opus aggrediens fatum sic ordior illud.



HENRICI MEDIOLANENSIS DE CONTROVERSIA HOMINIS ET FORTVNAE

Liber Primus.



Vmite thesauro de paupere dona Camenæ:
In sacra nam Carmen confero vestra meum
Experrecta, graui dudum sopita flagello
Euigilat segnis Musa, stilumq; capit.
Iurgia quæ cupiens hominis sortisq; referre,
Mæsta quidem mæstos tentat inire modos.
Principijs aßiste meis Altißime Doctor,
Vatum lux vati Diua faueto rudi.
Concitat infesta Fortunam clade furentem,
Vltima paßus homo, Iudiciumque petit.
Cedentem referit querulum fortuna querelis,
Opposita liti lite resistit ei.
Conuenêre Duces rimantes abdita, docti
Pallade, mortales corpore, mente Dei.
Cordibus hærentes inhiant audire profundum
Litis, suspendunt lumina, voxq; silet.
Discutitur medio conquestio mota gementis,
Vtraque pars munit ius ratione suum.

Audit at excelſa cauſam de ſede Sophia,
Audit, & hanc coram dicere vtrunque iube[t]
Eminet & reliquis, vatunq́; aſtante caterua
Orandi ſpatium partibus inde datur.
Conſurgit prior ipſe querens, verſatq́ue querel[as]
Faturus tacito pectore verba ſuæ.
Et mærore, trahens ſuſpiria preſſus anhela,
Ingemit, & lachrymãs corde ſtupẽte manet.
Nam timor interni diffunditur ore doloris,
Largo mærentes imbre rigante genas.
Defixis oculis, contracta veſte per ora,
Lumina mox triſti comprimit vda manu.
Confugium miſeris heu quã miſerabile luctus
Spes etenim gemitus vltima ſemper eis.
Tunc humili querulus ſic orſus voce profatur,
Quàm ſubitò triuit dira ruina caput?
Cernite iacturam, miſerumq́; attendite vulnus,
Tam grauis excidij damna notate Patres:
Voſq́; vices deflete meas, mecumq́; dolete
Iudicij non eſt æqua ſtatera mei.
Fata reum grauiora premunt quã noxa meretur
Et ſuperat facinus pondere pœna ſuum.
Quod ſentitur onus grande eſt, iugesq́ue doloris
Accipit euentus ſpes ſuperata malis.
Doctus ab expertis pœnis has pandere ſermo
Neſcit, ad has pauper pïëriusq́; labor.
Nã dolor oppreſſit prorſusq́; abſumpſit acerbus
Laſſaq́ue ſub nimio pondere colla tremunt.

Oßibus è cœlis acerrimus ignis inhæsit,
Transegitq́; meum missa sagitta latus.
Intumuere graues Borea spirante procellæ,
Et perijt medio mersa carina mari.
Proscribuntur opes: Heu rus damnatur auitũ,
Et patrij magna strage ruere lares.
Progenies odio multo concussa potentum est,
Inuidiæ, læto, fulmine, pulsa gradu:
Natali depulsa solo peregrina vagatur,
Exulat & chari nuda senecta patris:
Torrida (nec scelerũ merito) Germana iuuentus
Aret, letitiæ flore cadente suæ.
Huicq́; negant lumen (donũ commune:) tyrãni
Prodigus est aer factus auarus ei.
Dũ lyra dulce canẽs modulamina cõsona reddit,
Lugubre dat carmen rupta repente fides:
Heu radios nubes contexit terra coruscos,
Vallatus tenebris delituit q́ue nitor:
Heu mea quã falsa trutinata est culpa statera:
Heu quanto pœnas ista rigore luit.
Nam (velut insontes) gaudent impunè scelesti,
Et praui libita prosperitate fluunt.
Quis furor est fatis? Non sola luce dolores
Ingeminant, noctu visa pauenda premunt.
Improba subripiunt gratæ conceßa quieti
Tempora: seuitiæ non satis ipsa dies.
Vana dies reuocant crebrò phantasmata lætos,
Vt renouent vulnus falsa reperta vetus.

Nunc transacta redit strages, Somniq; quieti
Illudit, tristi ne mala mente cadant.
Tendat vt ærumnas cladis præsaga futuræ,
Nunc etiam sensum visio dira subit.
Internos agitat queis Sensus, seq; Sopori
Ingerit, æterni est numinis istud opus?
Spiritus irradiat nūquid simulachra supernus?
Aut saltem proprio lumine mentis apex?
Afflatus mediæ virtutis an organa tangit?
Sideris euentus hæc dare signa solent?
An variant Manū Lusus Phantasmata fictos,
Acrius vt cruciet vulnera vera timor?
Suggerit an vanos terrores paßio prauis?
An dominans humor tristia visa parit?
Somnia bella gerunt, strages contriuit, vtrimq;
Est labor, & misero nulla relicta quies.
Triste canant Elegi fatum, pangantq; querelā,
Materiam grandem flebile carmen habet.
Nescio qua gemitus languores arte fatiscant,
Pungat & emissus lenius ore dolor.
Nescio quid querulæ voci virtutis inhæret?
Pressuræ melius quàm graue fertur onus?
Cur mea me genuit genitrix? cur vbera suxi?
Ventre nec hæc matris vita sepulta fuit?
Aut artus valida correpti febre tenelli,
Ocyus in cineres non rediere suos?
Lux nimis infœlix quæ me produxit ad ortum,
Aßiduè grandi flenda dolore dies.

Quàm funesta dies funesto condita fato?
Quàm vel ab infausto sidere pressa dies?
Hæc quam contexit tantorum turba malorum,
Dicta nouo melius nomine noctis erit.
Nox infausta nimis quæ tanta infesta parauit,
Infæcunda boni, tristia semper habet.
Ista dies lucis dignè priuatur honore,
Quæ mala tot peperit, quæ mala tanta tulit.
Ista dies falsæ tulit heu primordia vitæ,
Ista dies veræ mortis origo fuit.
Ista dies certa mortales morte perurgens,
Pertrahit in mortis deniq; cuncta sinum.
Tolle moras, ortus mors vltime termine nostri,
Nec mihi membra truci cæde cruenta manu.
Tu siquidem properans vitam succidis amarã,
Grataq; sis miseris, quæ grauis esse soles.
Impia mors misero totiens optata recedens,
Impigra fælici tempora læta rapit.
Sit procul à lætis, parcat miserata beatis,
Parcat & afflictis secula longa negans.
Te iusto Fortuna peto sub iudice fallax,
Quæ placido vultu damna latenter agis.
Mortales ludens varium traducis in orbem,
Gaudia prætendens, clamque dolenda parãs.
Est tibi fraudis opus, fraudis tunc vteris arte,
Cùm te ridentem quis sine fraude putat.
Prodere docta nimis, dum porrigis oscula pacis,
Transfigis occultâ viscera cæde furens.

In gladium tua pax semper coniurat iniquum,
Mucro tuæ pacis sæuior ense Ioab.
Ille semel læsit sub amica fraude salutãs,
Occulto semper vulnere blanda necas.
Post mera fel quoties subitò latale propinas?
Quàm celeri mutas pocula falsa manu?
More quidem medico sapidis substernis amara,
Artis et infelix hæc medicina tuæ.
Languida corda facis nullo seruata vigore,
Infundens tristi blanda venena dolo.
More tuo iniusta partiris præmia lance,
Gaudia peruersis tristia dando bonis.
Diuitiæ reprobos ad grandia culmina tollunt,
Omninò nocuis gloria blanda fauet.
Ius etiã summum, summis quodcunq; placebit,
Iussaq; vix legis suscipit aula potens.
Subdita iustitiæ concidis terga piorum,
Virtuti semper parua relicta quies.
Commoda si ceruix seiunx lassiua reportat,
Excutiet tenera vincula diua coma.
Iure sacras leges violabit quisq; reciso,
Dum sibi, quod libuit, posse licere putat.
Si fluitant dubiæ nullo custode vagantes
Res, mens effrenis curret ad omne scelus.
Condita si solo casus discrimine pendent,
Mortali siquidem fas erit omne nefas.
Heu quàm dilabi misera facis alta ruina?
Ardua quàm subitò præcipitata ruunt?
Quid

Quid furis inuidiã? seu cur aliena gemiscis
Gaudia? pro dulci nectare virus habes.
Esca tibi fraterna fames, propriũq; malagma
Vulneris est miseri proxima plaga tui.
In morem (res mira) rubus tibi mella ministrat,
Dat tibi fellitas mellea cella dapes.
Liuorem pascunt alieni semper edacē
Casus: infœlix hos sua lucra facit.
Vritur externis liuor successibus vsque,
Cui vicina grauis gratia sæpe dolor.
Inuidus vsque fugit ceu noctua vulnera lucis,
Vt solet & colubrum lædere gratus odor.
Res horrenda satis, liuor, simulata colubro,
Instar lucifugæ nycticoracis habens.
O vtinam liuens oculus transiret ad omnes,
Successus sceleris damna luendo sui.
Dixerat: atq; sui mœroris murmura claudens
Consedit, leuius vulnera dira ferens.
Prodijt in mediũ tantis accensa querelis
Fortuna, huic fuluo funditur ore furor.
Vesteq; contexta vario succincta colore,
Se varijs pãdit moribus esse leuem:
Terq; caput quatiens, tandem sic incipit orans.
(Illius assistens pendet ab ore chorus)
Iustitiæ pugiles, famuli, damnate, Sophiæ
Docti, pro veris falsa relata, viri.
Pectora ne fictæ moueant cordata querelæ,
Ne lacrymis fallant ora rigata probos.
Nobi-

Nobile fœminea neſcit miteſcere pectus
Arte, nec abduci ſe leuitate ſinit.
Quot dolus eiecit luctu muliebris ab arce
Iuſti, vel luſit picta loquela viros.
Vox blandum virus ficto velata colore,
Pectora clam ſerpens prouida ſæpe ſubit.
Acrius & lachrymis oratio iuncta ſuadet,
Nam ſolet ex gemitu maior ineſſe fides.
Viſceribus deſcripta ſacris fit ſemper imago
Recti, labe carens, inuiolata manens.
Inclyta vis veri vigeat, figmenta repellat,
Prudentis meritum corde notare latens.
Res librare ſolet nec ſic prudentia voces,
Iudicium quotiens Rethoris arte perit.
Ergo mei cauſam mœroris noſcite vates,
Mens tumet & partũ vix mea lingua parit.
Iugiter en crucior multo confecta dolore,
Multa mihi miſeræ cauſa doloris adeſt.
Eloquar & cedam feruenti pectore flammæ,
Non benè mentis edax clauditur ira ſinu.
Ipſos namq; Deos iniuſta calũnia lædit,
Difficile eſt linguæ vulnera dira pati.
Me lacerant omnes, rodũt mea viſcera cuncti,
Et tamẽ abſq; meo munere nullus eget.
Criminor infælix quia munera larga refudi,
Criminor obſequio damnificata meo
Difficilis dolor eſt meritum cũ dãna ſequũtur,
Difficilis propria plaga parata manu.

Falſa

Falsa vocor macula sceleris respersa nefandi,
Et falso, nulli noxia, dente teror.
A me dona velut sibi debita quisq; reposcit,
Sola vetor donum reddere sponte meum:
Gratia muneribus cõnexa est grata receptis,
Ast vbi defuerit gratia, munus abest.
Suntq; tributa magis quã munera dona coacta,
Nec dici, gratis ni data, dona queunt.
Quid si forte manũ libeat mihi claudere gratã.
Extorquere mea vis tibi dona manu?
Reddita pro magnis saltem munuscula donis,
Prodiga debuerat dextra referre mihi.
Quòd si forte fui, nunc nubila nuncq; serena,
Exigit alternas vita caduca vices.
Sidera nunc nebulis obducunt aera densis,
Nunc & eas Boreâ pellere flante solent.
Nunc mare miscetur, placida nũc pace quiescit,
Fœtaq; nunc Tellus, nunc sine prole riget.
Nũc quasi mœsta silet suspẽdens organa laudis,
Lætaq; nunc placidum dat philomela melos.
Sic iniusta vocor, quoniam peruertitur ordo
Aequior, vt iusti tristia sæpe ferant.
Quid mihi si virtus teritur pede clara nocenti,
Passa quidem virtus viribus vsa nitet.
Trita manu radix iucundo fragrat odore,
Cùm modico nares tangeret illa prius.
Clarior efficitur flabris glacialibus aer,
Illisi scopulis purior amnis aqua.

Palmæ

Palmæ etiam titulus non robur ſegne coronat,
Palma petit fortes, ocia palma fugit:
Deniq; ſi ſuperus iudex hoc iudicat æquum,
Aeternæ firmum robore legis erit.
Fert animo quodcunq; bonus patiente flagellū,
Scit ſe lege et enim cuncta regēte pati.
Infima ſi ſummis æquauero, liuida fingor,
Aut quod non patiar grandia ſtare diu.
Stare nequit roſeus cœlorum vertice Phœbus,
Sed citus occaſum, merſus ad ima, petit.
Plenaq́; non ſeruat dudum ſua cornua Phœbe,
Splendoris ſentit quæ citò damma ſui.
Anne igitur ſtabili mortalis ſorte manebit?
Num mea perpetuo iure tenebit homo?
Euaneſcit homo folij, citò, more cadentis,
Cui cùm vita breuis, ſors quoq; vermis erit.
Non erit excelſi conſtans hic culminis hæres,
E vulua cui mors ipſa gemella fuit:
Ipſi vulua dedit vitam mortemq́; ſorores,
Compare ſed nunquam vita relicta ſua eſt.
Germanam comitata pari mors impigra greſſu,
Hæret & eſt lateri quotidiana comes.
Sedula viuenti non lege recedit ab omni,
Iugiter illudens omnibus arte truci.
Inſidet hæc iuuenum ſcapulis, ſenioris inhæret
Rugoſæ fronti, ſemper vtriq; minax.
Vtq; domos humiles, pede turres concutit altas
Aequo, comminuens omnia ſtrage pari.
Indo-

Indoctos cædit pariter doctosq; rigore
Aequali, ipsius vulnera nemo fugit.
Perpendat vitæ querulus miserabilis ortum,
A qua diuelli se tamē ipse dolet.
Omnibus illa parit diuerso tempore natas,
Quas Plato fatales rettulit esse Deas.
Quæ malè grata canit luctus præsaga futuros,
Flebilis ingreditur secula Clotho prior:
Infœlixq; sequens Lachesis, quæ calle doloris
Progreditur, mundi perpete mersa salo.
Vltima pauperie festinans Atropos alget,
Seq; neci iūgens tempora finit inops:
Ipsa rotam celeri nostram vertigine voluit,
Atque sibi iunctos ipsa rotata rotat.
Si placeat, ludum conscendat quisque rotarum:
Ipse tamen nostra lege rotandus erit.
Vsq; mea proceres violenta lege feruntur,
Culmine nemo suo me prohibente stetit.
Magnus erat toto Fridericus in orbe monarcha,
Magnus erat generis nobilitate sui.
Vrbibus ipse potens, stipatus prole, cliente,
Gyrauit multo tempore summa rotæ,
Orbita præcipitē dedit ipsum nostra regyrās
Sæpe, noua tandem turpius vrbe cadit:
Infælix tanto victoria victa triumpho,
Innumeris opibus quæ spoliata fuit.
Regalis perijt tandem quasi tota propago,
Et miseri exesa est putrida tabe caro.

Galli-

Gallica concutiens Arabes terrore Iuuentus,
Innumerum populum strauit in arma ruens:
Hanc metuunt vrbes audito nomine celsæ,
Hanc nimis elatam fortia quæq; tremunt:
Aethereas pulsans sublimi vertice sedes,
Fœlicis seclum sistit in auge globi.
Augis ad oppositum sed sphæra volubilis alta,
Orbe quidem celeri gyrat ad ima trahens.
Nobilitas inuicta cadit mucrone cruento
Victoris victus saucia terga ferit.
Vis mea tam subito potuit mutare triumphum,
Tam subito noui sola rotare pilam.
Omine fœlici culmen transcendit in altum,
Morrææ princeps mœnia grata tenẽs:
Moris at ignarus nostri, confusus ab hoste,
Persensit ludi prompta pericla mei. (regũ
Quid moror? Innumera est veterũ quoq; copia
Arte mea summo præcipitata gradu.
Culmine me laceras grauiter quasi lapsᵒ ab alto,
Ad modicum euexit te rota nostra gradum.
Nam sibi blanditur correptus verbere leni,
Qui simulat gemitu vulnera magna graui.
Non dolet immerito solio fœlice repulsus,
Est humilem casum fingere turpe grauem.
Hæc vbi dixisset pro se Fortuna, resedit:
Sed non subsidit pectoris ira sui.
Certat ad hæc Vatũ submisso murmure turba,
Anceps interea fertur vtrimq; fides,

Nem-

Nempe minus doctis oratio prima ſuaſit,
Doctior at gnaris viſa ſecunda fuit.

Ad ſe corda trahens ſublimi ſede Sophia
Stat, pēdēs humeros cui coma flaua tegit
Lumina clara micant, protēdit numina vultus,
Textaq́; ſubtili ſtamine veſtis erat.
Nulla eius faciem maculabat ruga decoram,
Et ſpecies vultus plena pudore ſui.
Regia ſidereis proles natalibus orta,
Sola decus claræ nobilitatis habet.
Non erit ingenuus ſua quem cognatio neſcit,
Ni ſit ei Priamus iunctus, Achiuus erit.
Cœlica progenie geminato moribus ortu,
In terris mulier non habet iſta parem.
Perplexæ litis tandem ſoluentia nodum
Mente ſatis vigili verba Sophia facit.
Ad fletus primùm conuertens ora gementis
Aegrotos, medicus qua ſolet arte, linit.
Vulnera vulneribus iunctis mordaciùs vrgent,
Membra nouus grauiùs ſauciat vſta dolor:
Nam tua mundanæ mens læſa cupidinis ictu,
Nunc plus triſtitiæ tela ſecunda timet
Vulnere lætali cædunt dolor atq; cupido,
Tollere iudicium mētis vtrumq́; ſolet.
Fons nequit effigiem cænoſus cernere vultus,
Turbida nec benè mens vera videre poteſt.
An nō plangēdus qui quod libet, æſtimat æquū,
Inflectens leges ad ſua lucra ſacras?

Suſpice, miſſa tibi deſcendunt ſpicula cœlo:
Hæc tibi prouidit ſeria fata Deus.
Omnia damna tuæ non attraxere ruinæ,
Terricolis vano ſuſpicioſa metu.
Cœpta ſub infauſto tua nec te læſit origo
Sidere: vis etenim non datur iſta Polo.
Iudicij conſulta tui ſententia lege
Prodijt æterna, non ratione vacans.
Iudicis omnipotẽte iuſti dextra recidit,
Non furor hoſtilis, ſed pia virga patris.
Non bene correctũ eſt vitiũ cui pœna pepercit,
Quod mundus blanda proſperitate fouet.
Vt penitùs purgant frumentum tribula, mentiũ
Sic nocuæ maculas vltio diua terit.
Augmentum facilis parit indulgentia culpæ,
Et magis improbitas ſemper inulta tumet.
Reprimit inuiſi facinus cenſura rigoris,
Et minùs in præceps celſa libido ruit.
Non experta iacet virtus, ſi prælia deſint.
Nemo poteſt vires pace probare ſuas.
Molleſcunt lento fortes torpore lacerti,
Quorum nutritur ſepe labore vigor.
Et ſtimulata feri ſucenditur ira leonis,
Acrius & cæſus certat agone pugil.
Ad curſus rarum citiùs feſtinat honorem
Verberibus currens ſollicitatus equus.
Quot per amœna trahens ad ſe funeſta vorago
Paſcua, mortales inſaciata vorat?

Gau-

Gaudia florentis vitæ præsentia certum
Iudicium æternæ perditionis habent.
Pinguia mactandos satiant vt pascua tauros,
Sic proprium mundi fœda sagina pecus.
Noxia terreni perimat ne copia mellis,
Porrigit electis mitis acerba Deus:
Proxima perdomitæ menti sapientia, nidum
Vt phœnix olidũ, lubrica corda fugit.
Noxia comminuunt terreni vincula amoris
Tribula, sicq; animus liber ad astra volat.
Euigiles igitur, tua mens consurgat in altum,
Dirigat ad superam lumina semper opẽ.
Transuolet alta Poli, mundi compulsa ruinis
Infima conculcet, transfuga summa petat·
Ordinis obtutu penetrans occulta superni,
Rimetur iusta condita lege regi.
Noxia quæq; sibi forti conamine linquat,
Ac oculos summa figat in arce pios.
Aeterna ratione cupit qui cernere mundum
Transcendat citiùs, se super ima leuet.
Turbine concutitur vario terrrena pererrans,
Semper idem sapiens ætheris instar habet.
Aetheris hinc facies sine nube serena renidet,
Vsque quieta manens flamina nulla timet.
Sopita mœrens ictus ratione querela
Non gemat, & patiẽs verbera læta ferat.
Perpẽdat secum quàm diro more fatigat
Ictibus hostilis malleus vsq; pios.

Quid meruere patres patriæ cœlestis alumni,
Inclyta progenies cœlica iura colens?
Nam decus hi mundi, supremæ lucis imago,
Ac aditus superi, semita recta, duces,
Nos genuere fide, cœ lestis lacte beato
Eductos vitæ spe super astra vocant.
Iob quoq; succinctus tantæ virtutis amictu,
Innumeræ damnum cladis ab hoste tulit.
Dilacerantur opes, orbatur pignore tandem,
Non capiunt vulnus saucia membra nouū.
Hunc spreuit seruus, charus cõtempsit amicus,
Horruit & coniunx comparis ipsa luem.
Non grauior dolor est, quā garrulitate popelli
Iactari toto cuncta per ora foro.
Insons fraterni sceleris patriarcha reatum
Exili Ioseph venditus ære tulit.
Inuadunt iuuenis meretricia stupra pudorem:
In pectus vibrant ignea tela pium.
Diuino iaculum munimine tuta retundūt
Pectora, nec modicùm læditur inde pudor.
Clauditur horrendo sine crimine carcere iustus,
Strinxeruntq; pias impia vincla manus.
Victrix obsequitur, cõtēpta libido nouerca est:
Vt catulis raptis sæua leæna furit,
Milite vallatus pauco fugitiuus oberrat
Rex, humilis nati tela superba timens.
Excepit tumidi clemens conuicia serui,
Verbaq; mansueto corde superba tulit.
Oppro-

Opprobrium ſurda probitas auertit ab aure,
Hæc probra nec paribus reddere læſa ſolet.
Heliam voluit iuſtum Rex perdere dirus,
Agnum ſacrilego dente vorare lupus.
Iuſtitiæ cultor peregrinis exulat oris,
Nota nec agricolis deuia luſtrat inops.
Circuit abruptos montes, habitatq́; latebris,
Retia vix tandem fugit iniqua ducis.
Proh pudor, en ꝓbitas toto propellitur orbe:
Improbitas tuto ſiſtitur alta loco.
Quid non contemptrix ſummi Iudæa magiſtri
Pertulit, hiſtorijs ſi datur vlla fides?
Edita quæ totiens Chriſti miracula ridens,
Affixit tetræ cæca furore cruci.
Idq́; impunè putans, tantoq́; elatior auſu,
In membris Chriſtum vult abolere ſuis.
Illa ſui tandem vixdum malè ſobria compos,
Corruit exitio tota repente graui.
O mundi regale decus, veſana nitorem
Nititur immeritò plebs maculare tuum:
Nititur infandis tenebris obuoluere mundum,
Vt pereat ſanctæ ſic probitatis honos.
Dum delere tui famam vult nominis amens,
Emerſit quouis auctior illa die.
Aeternam molita tuis veſana ruinam,
Commoda pro damnis innumeranda dedit.
Quid tantū quereris, triſti quid voce gemiſcis?
Mœroris non eſt iuſta querela tui.

Nil adimit, dat nil homini natura creato,
Natus vt est, nuda carne subibit humũ.
Nil proprium indulsit fortuna benignior vlli,
Commodat, & subitò, quod dedit antè, rapit.
Multa tibi multis fortuna reliquit ademptis,
Perpetuo nulli blanda tenore fuit.
Quem tam fœlici requie fouet vndiq; fatum,
Vt secum ex nulla prælia parte gerat?
Sæpius excipiunt inuisos carbasa flatus,
Sæpius in vetitũ nauta laborat iter.
Naucleri sese vix nota peritia prodit,
Quamlibet infestis cui mare cessit aquis.
Non animi tanti placidum sulcare profundum
Quàm (licet indomitum) posse domare fretũ.
Sic etenim duro virtus agitata flagello,
Inclyta maiori laude probata nitet.
Tradita fortunæ lex est, ne fixa moretur,
Iure frui iustum pernegat esse dato.
Vicinam metuat conscendens alta ruinam,
Alta petens casu nam grauiore ruit.
Lætitiæ tãtæ non est excelsa tenere,
Quantus ab excelsis est cecidisse dolor.
Quæ mẽs iustitiæ fama sic floruit vnquã,
Quæ non sit nostræ mole terenda rotæ.
Murmurat iniustè, telo quem perculit æquo
Diua manus, sontes non nisi iure petẽs.
Exigit hoc meritum ne sint impunè nocentes
Nam minus hoc miseros pœna secuta facit.
Hi

Hic magis infelix, ſua quē non vulnera mordēt,
Quiq; venena bibens illita melle perit.
Liberiùs fluit hic, quem nulla flagella coercent,
Sed mala libertas vincula mortis habet.
Sic equus in præceps (tardent ni frena furentē)
Labitur, & liber noxius ipſe ſibi eſt,
Fida tibi fortuna parēs ac ſemper amica,
Aſpera ſeu lenis cōmoda multa parit.
Non gemit alterius velut inuida grādius vber,
Cuilibet affectu corde carente fauet.
Non niſi iuſta volet iuſto tranſmiſſa ſuperno
Iudice, mortali non niſi iuſta venit.
Siue hilaris facie, ſeu ſit rugoſa biformi,
Iuſtitiæ tamen eſt vſq; decore nitens.
Omnibus vtilis eſt, patiens modò quilibet eius
Accipiat collo non renuente iugum.
Elicit à lætis diuas mortalibus odas,
Quæ ſunt ſupremo munera grata Deo.
Diuitijs cumulat gratos prudēter egenos,
Fortunæ meriti copia creſcit ope,
Hæc aduerſa facit ſcelerum vitare ruinam,
Peccandi ſiquidem lux inimica nocet.
Supplicij ſolet ipſa duplex quoq; demere multū,
Non à clementi iudice pæna datur.
Preſſuris eadem mentē corroborat ictam,
Angitur in proprium mens quia preſſa locū.
Preſſa Deū quærit, quotiens quē læta relinquit,
Cogitur hoc, nolens ſponte venire, modo.

Pars aſſeſſorum miſero, pars altera forti,
Aequior aſſenſu iudicioq́; fuit.
At poſtquã grauis eſt ſententia lata ſophiæ,
Ipſo verborum pondere, req́; grauis,
Murmure ſopito placidus tunc quiſq; quieuit,
Strata velut pelagi mitior vnda ſolet.
Fortunam pariter ſic tandem affatur: at ipſa
Doctrinam cupida ſuſcipit aure ſacram.
Cauſa quidem non es rerum temeraria ſolo
Eſt hæc fortunæ nomine iũcta tibi.
Ordine peruerſo tibi, cùm ſis criminis expers.
Turba poëtarum numina cæca dedit.
Quàm malè defectum diuino nectit honori,
Viſus cùm cæcam te tulit eſſe Deam?
Et virtus animi rationis iuſſa repentè
Præueniens, falſò diceris eſſe latens.
Sed nec origo tua eſt cœleſti ſidere ducta:
Stirpe tuum ducis nobiliore genus.
Sacris namq́; tuus prodit natalibus ortus:
Nobilis eſt etenim mens tibi diua parens.
Hinc quoq; progrediens proles diffuſa per orbẽ
Regia, nota, diu quæ latuere, facis.
Artificis ſummi eſt per te digeſta voluntas,
Propoſiti ſeries notificata ſui.
Forma νόος ſimplex in ſe eſt ſtabilisq́;, ſupremus,
Tempore diſponens quæq; gerenda ſuo.
Hæc quoq; corporibus primò diffuſa ſupernis
Vt cœlum inſtabiles reſpuit ipſa vices.

Inde-

Indeq́; per motus ſuperos traducta caducis,
Mutato fatum eſt nomine dicta magis.
Ad formas propriosq́; ſitus, ſeu tempora certa
Adq; ſuos motus ſingula fata trahunt:
Ordine tam pulchro lex qua diſponitur orbis
Totus, perpetuæ eſt non rationis inops.
Cauſarum miranda nimis connexio pendens,
A ſummo diua cardine ducta manu.
Hanc velut interpres verax traducis ad ima
Legem, quæ ſupero codice ſcripta latet.
Conſilium ſuperæ mentis cui fida miniſtras,
Hamanum varia ſorte locando genus.
Omnia fixa manent animo congeſta ſuperno,
In ſe quæ ſummæ congerit artis apex.
Quæ formis iuſtis confuſis dirigit ordo,
Suſcipiunt varia condita ſorte vices.
Hoc illis ſimulans regina pecunia ſeruit:
Hoc hos pauperies viuere ſæua negat.
Succedunt prauis hæc proſpera, diraq́; iuſtis:
Et tamen æterno fit ſine iure nihil.
Nunc illos eadem ſeries attollit in altum,
Nunc hos ærumnæ mergit ad ima datos:
Attamen inuitos neſcit compellere: cogi
Mens etenim nulla libera lege poteſt.
Hæc igitur ſeries rérum pulcherrimus ordo
Tu ratio certis legibus ima regis.
Mobilis es ſiquidem, ſed non incerta vagaris,
Mobilis ex factis, ex duce certa Deo.

Ordine iuncta sacro rationis cõpta decore
Iustitiæ fructus nõ nisi iusta paris.
Attamen occulti nexus mortalibus vsquam,
Perplexi iuris non patuere tui.
Cùm diuina tuos prudẽtia dirigat actus,
Impetit authorem crebra querela Deum.
Actor enim Deus ipse iubens est, tuq; iuberis,
Qui potius quàm tu, velle vocãdus erit:
Atq; ideò si quid contingat sorte fideli,
Non tibi, sed domino cõplacuisse feret.
Hinc infame tuũ mihi nomẽ, at ipsa probata es,
Triste sub hoc virus nomine sæpe latet.
Te tamen ex metrica sic lege coacta vocaui,
Dyssona vox fidei est, consona nempe metro.
Cur igitur gladiũ si cælica dextera vibret
Putrida quæ medico vulnere mente feret,
Innocuã falsis te mẽs scelerata querelis
Discerpit, vel te sub pede diua premit?
Ipsa quoq; impeterent furiosæ numina linguæ
Tela, sed auertens excipis illa prior.
Pro te nostra facit sententia: numine summo
Recta licet quouis exagitare foro.
Compescat gemitus & vanæ murmura linguæ,
Nec te iustitiæ nomine iactet homo.
Qui velut insonti sibi sons blanditur, adaucti
Criminis aucta feret rite flagella sui.
Non sic augentis mœroris pila retundit.
Vulnera non hoc sunt ista medenda modo.
Non

Non ſua ſic potior fit coram iudice cauſa,
Sic nequeunt molem ponere terga grauem.
De te degeneres abiecto corde queruntur,
Qui victas hosti ſponte dedere manus.
Improbitas animum ſupero munimine tectũ
Dum petit, infandum læditur auſa ſcelus.
Victa retunduntur ſcelerati tela furoris,
Et tolerant ictus damna priora ſui.

Virtutem alloquitur tũc, atq; ſilẽtia plebẽ
Continuare graui voce manuq́ue iubet.
O virtus delapſa Polo mortalibus alto,
Regia deſpiceris fida labore comis.
Auxilium veneranda tuum cui ſera tuliſti?
Quisúe tua cecidit, dic mihi, fultus ope?
Nulla tuos vnquam famulos oppreſsit egeſtas
Improba, nemo, tuo munere diues, eget.
Theſaurum Fortuna tuum contingere nunquã
Audet, prædo rapax hunc violare nequit.
Omnia fert ſecum ſapiens ſua, nilq́ue relinquit
Abſe, nec proprias ni ſibi credit opes.
Corpora dilacerãt inuadunt rura tyrãni:
At nunquam probitas hostica præda fuit.
Libera perpetuò præſtò eſt poſseſsio virtus,
Nullaq; cum mundi fœdera rebus habet.
Has ſubitus turbo varias diſpergit in oras,
Flamina ſed ſtabilis deſpicit illa manens.
Fortuitis probitas è cœlis præminet orta,
Humanos caſus imperioſa terens.

Hæc nudo contenta viro contendit in altum,
Externasq́; suis diues abhorret opes.
Non locuples qui rus veteri studet addere ruri,
Diuitias summas, qui minus optat, habet.
Efficit ærumnis lassos hæc sola beatos,
Falsaq́; succidens gaudia, vera parit.
Mens bona mœroris nunquam lœtalia sentit
Vulnera, nec grandi pondere preßa ruit:
Gaudia vera fluunt proprio de pectore, vanæ
Vbera lætitiæ non aliena capit.
Non quærit sitiens externi gurgitis vndam,
Cui fons interior pocula pura parat.
Vsq; suas gustans peregrinas respuit escas,
Quas etiam prorsus blanda venena putat.
Dux hominũ virtus inuicta, aurigaq́; prudẽs,
Crimina lima secans, normaq́; iusta pijs
Fluctibus in medijs semper tutißima transis,
Tu constans nullo turbine pulsa cadis:
Iugiter aggrederis grandes animosa labores,
Nec crebros ictus inuiolata times.
Inspicis aßidua fines indagine rerum,
Vt mala submoueas, vtiliora petens.
Tu duce consilio claros procedis ad actus,
Ad mala tu nunquam præcipitata ruis.
Blandimenta fugis frenoq́; seuera coerces,
Non animos vanis luxuriare sinis.
Quos non tormẽtis diris fregere tyranni?
Mollicies quotiens flexit ad ima viros?
Sunt

Sunt igitur peramanda tui pia vincla rigoris,
Quæ quoq; perpetuæ dona salutis habent.
Nata aliis, oblita tui, magna altera curas
Commoda, tuque minus propria dãna times.
Præmia pro meritis tu digni reddis honoris,
Aeternum confers nomen vbiq; tuis.
Cætera mors perdens, hominis delere probati
Claudere vel tumulis nomina clara nequit,
Et tua fraude carent commercia, namq; laboris
Pro precio largas ipsa refundis opes.
Cui comes efficeris felix, cui munera confers,
Hunc tua, quàm mundi, tutius arma tegunt.
Nam tunc bella silent quouis ceßante tumultu,
Omnis & infamis paßio victa iacet.
Iam non ira furit nec soluitur ægra cupido,
Quas sibi subiectas lex rationis habet.
Nil siquidem proprio rectæ rationis aberrat
Tramite, cũ motus dirigit ordo suos.
Magna tuis donas parenti præmia iußis,
Qui bona iamdudum contigit alta petens.
Otia parta piis longi certaminis vsu
Ingeniis, finis sunt preciosa tui.
Est tibi sufficiens quem mentis ducis in arcẽ,
Visat vt occulti mira fluenta boni.
Grata Deo speculans acies altißima rerum,
In se supremi luminis instar habens.
Spirituum concors radio perfunditur alto,
Summi contingens intima sacra boni.

Infima

Infima despiciens perquirit mystica, cuius
Lux iucunda minùs continuata micat.
Eius enim fulgor nunquam velatur amictu
Tetro, quæ radijs funditur vsq; nouis.
Sumit inextausto diuinos gutture fructus,
Rore quidem subiens culmina plena sacro.
Factaq; nobilior iam tunc cognata Thearcæ est,
Ad quã præcipuè cura superna viget.
Perficiẽs hominis mentẽ, quæ vita beata,
Felix, fons veri lucidus inde fluens.
Felix æternæ confinis mansio vitæ,
Quæ supra legem temporis alta manet.
Plenior hæc siquidem mercedis imago futuræ,
Quæ fidei est meritis dãda corona pijs.
Hæc quoque sanctorum sorti vicinior vmbra,
Quæ carnis posita non nisi mole datur,
Non hæc terrestris vanarũ copia rerum,
Quæ faciunt dominum semper egere suũ.
Ista quidem non est Epicuri fœda voluptas,
Quæ non fœlicem, sed pecus esse facit.
Non hæc est rerum vel sola scientia Herilli,
Quæ nullum proprio fine locare potest.
Hieronimi non est aut hæc absentia pœnæ,
Quam finem vitæ credidit esse bonæ.
Non honor hic cecstoæ, nõ hæc Zenonis honestas,
Ipsum qui finem rettulit esse viã.
Sensilibus semota nec ista Platonis idea,
Quam commune tulit cuilibet esse bonum.

Su-

Supremæ virtutis opus perfectius iſta eſt,
  Lumen ſublimis conditionis habens.
Eſt decus & longè ſapiẽtis clarior actus,
  Quem nactus, raras eſt quoque nactus opes.
Et totum prudẽter opus morale coronat,
  Præmia dat nullis percipienda malis.
Non valet ad culmẽ quiſquã conſcendere tantî,
  Virtutum turbâ ni præeunte, boni.
Hæc de felici noſtra eſt ſententia fine,
  Hanc & Ariſtotelem nos docuiſſe liquet.
Vlteriùs tamen eſt cultoribus agnita ſolis,
  Nobilior fidei vita beata ſacræ.
Aethereo latet hæc abſcondita principe rerum,
  Diuino gaudet tuta latere ſinu.
Hancq; tuæ magnæ nequeunt contingere vires,
  Tollit ad hanc mentes gratia ſola pias.
Tollit ad hanc munus deſcendẽs cælitùs, ad quã
  Dirigit alma fides, ſpes leuat, vnit amor.
Cæleſtem vitam cæleſtia munera donant,
  Acquirit proprio nemo labore ſibi.
Mens ſenſu diuina tenens inuiſa ſuperno,
  Hærens ſplendori credita ſacra capit.
Ardua quæ ſperans cælo ſuſpẽſa, caducis
  Spretis, ad ſuperas ſedula tendit opes.
In diuos rapitur diuo ſuccenſa calore
  Ipſa ſinus, datus eſt cui ſuper aſtra locus.
Alta ſitu, fœcunda bonis, habitatio felix
  Hieruſalẽ, cuius mœnia pulchra nimis.

Ciui-

Ciuibus illa suis conuictu grata benigno,
In quibus æterni fulget imago boni.
Inclyta cælicolas possessio diues in omnes,
Quæ minui multis participata nequit.
Est ibi diuini diffusio mira saporis,
Mellis ibi & lactis largiùs vnda fluit.
Inuia tartareis ô mansio tuta ministris,
Ac æterna quies nulla pericla timens.
Alme tuos genitor digno dotabis honore
Tunc famulos, iustis regia serta dabis.
Nate Dei splēdens speculū, tunc cuncta docebis,
Nunc liber implicus tūc reseratus eris (gnas,
Tunc Deus omnipotens qui sæcla per omnia re
Ciuibus edoctis omnia solus eris.
Inde Minerua suam seriē protendit, alumnos
Edoctura rudes conticuisse iubet.
Principiumq; suæ sumēs rationis ab alto,
Ac tradens curæ dogma perennis, ait.
O quis iudicij capiet secreta supremi?
Non est terrigenis hoc bene nosse datum:
Non vitijs luteo, fidei nec luce carenti.
Nescit ad hoc vulgus scandere mētis hebes.
Inspicit hæc cuius mentis caligo dehiscit
Mystica, qui supera luce repletus adest.
Causa quidē præsens dudū est discußa peritis,
Quæstio nota satis, nō dubitata parum.
Tam varios rerum cursus vis si qua coercet,
Quærendi antiquis impigra cura fuit.
Hanc

Hanc nihil antiqui sapientes eße putarunt
Omnia fortuitu qui docuere regi.
At curare Deum summam, non singula rerum,
Quæ magis instructa est altera secta docet.
Vtq; ferunt supero est solertia cardine solùm
Cælestis, sine qua vilia quæq; cadunt.
Omnibus his homines adiunxit tertia tantùm,
Edocuit diua quos ratione regi.
Bruta sed excludens ac inferiora caduca,
Iudicat hæc studio nō fore digna Dei.
Quarta sub æquali bona seu mala cuncta locauit
Curâ, principium fingere pulsa duplex.
Vt bona principium sola bonitate gubernat,
Primaq; ficta mali sic mala causa regit.
Quinta videns curæ cælestis fune ligata
Omnia, non aliter poße venire putat.
Nil quoq; contingens nec libertate potiri
Aßerit arbitrium non ad vtrumq; potens.
Sexta sub æterna ratione vigentia cura,
Brutaq; constringit conditione pari.
Supplicium brutis, at præmia, siue reatum
Prouisum credens, hæcq; necare nefas,
Mentis inops hominū pecus hoc obtusaq; sensu
Et pecudum cædes par scelus eße putat.
Infecere lares hi nostros dogmate falso,
Errorisq; notas imposuere mihi.
Hos alui quodam doctrinæ lumine puræ,
Edoctiq; meis fel vomuere scholis.

Ast alios vber nostrum lactauit alumnos,
Qui nunquam thalamos deseruere meos.
Imbuti sanam meliori lacte refundunt
Doctrinam, falsi est inuiolata lue.
Cuncta ferunt subiti suprema condita cura,
Cunctaq; cœlesti sub ditione locant.
Diuersoq; modo sacri partita Ducatus
Dona putant, rerum nobilitate tenus.
Artibus humanis siquidem prouisa corona est,
Pascua ruricolis bobus amæna data.
Ad bona conspiciens, ea diligit actor & optat
Non secus ac supero si sibi fonte fluant.
Ordine sed tantùm præscita nefanda recludit,
Non intenta quidem fructificantq; Deo.
Non decor effulsit punito criminis ausu,
Iustitiæ mulctam proxima culpa capit.
Fine suo nunquam pars deficit altior orbis,
Quo pars inferior sæpe carere solet.
Dißimilem varia naturam lege gubernat,
Illa manet stabilis, suscipit ista vices.
Mouit ad instructos etiam confusio quædam,
Hinc malus erigitur qua cadit inde pius.
Succedunt etenim felicia vota nefandis,
Nudaq; vix crebrò est vita relicta bonis.
Successusq; caput læti sublime dederunt
Illis, hi tristi puluere sæpe iacent.
Sæpius & probitas rabie calcatur iniqua,
Immeritæ cladis vulnera paßa gemit.

Hoc fidei vates, hoc obstupuere Prophetæ,
Eximio plures hoc cecidere gradu.
Ordinis hæc recta peruersio magna putata,
Quondam fortunæ numina vana dedit.
Ex legem pariter casum deduxit in orbem,
Causam qui propriam rebus inesse neget.
Hinc quoq; nonnullis astrorum lege peritis,
Sidereis visum est nutibus ima trahi.
Lumine cœlesti mens rarò fingitur ægra,
Et confusa putat, si qua videre nequit.
Præuentus causa est, rerum quarumlibet ortus,
Sicut docta mei Musa Platonis ait.
Nil igitur casu toto contingit in orbe,
Causa, si casu forsitan, acta carent.
Multa tamē casu vulgaris opinio credit
Facta, mei famuli quæ ratione probant.
Quòd sine contuitu finis contingat inesse,
Huius reuera casus origo fuit.
Fœnora sic ad opus gradiens repetita reportat,
Aurum sic reddunt fossa sepulchra latens.
Attamen in causam per se quocunque recurrit
Fortuitum, alterius munere cædis egens.
Sed magis ad causam primam se colligit, vnde
Venit qua casus nomine rite caret.
Nam ratione carent ad primum cuncta relicta,
Casus qui fixo fine carere nequit.
Naturæ ingenium priuatur siue voluptas
Interdum effectu propositoque suo:

C 2 Condi-

Conditor ipse tamen natura celsior omni est,
Affectus nunquam cuius inanis erit.
Non valet obtutus diuus velamine falli,
Prouisum impediens nilq; resistit ei.
Mens humana tamen nulla virtute coacta
Flectitur, ad libitum libera currit opus.
Non hanc astra trahūt, nec diua scientia cogit,
Ipsa sui domina est, imperat ipsa sibi.
Conueniunt animi libertas atq; superna
Fixa acies, miro fœdere iuncta simul.
Sermonis series pelagus cur tendit in altum?
Hæc veneranda forent discutienda parum.
Deniq; nil fluitat, diuina lege ligantur
Omnia, quam casus nō violare potest.
Est nec ab hoc animi libertas libera nexu,
Non inuita tamen quæq; cupita petit.
Huic nec consilium nec virtus vlla resistit,
Præsidet hæc cunctis, cui quoq; cuncta fauēt.
Prouida de summa contemplans arce potestas
Intuitu penetrat queq; caduca suo,
Cælesti inquirit cunctorum pectora cura,
Cuius subsistunt singula fulta manu.
Iugiter ad proprios hæc prouehit omnia fines,
Hacq; quieta suo singula fine manent.
Hæc seriem rerum certo moderamine ducit,
Nunquam diua sinit res fore læta vagas.
Nexibus occultis causarum cuncta coercet,
Lex stabilis firmo fune caduca ligat.

Ni

Nil & in anfractusfractis ſecedit habenis,
Ordine ſed ſua vis prouida quæq; locat.
Omnibus hæc tribuit proprium diffuſa vigorẽ,
Ad ſeſe reduci condita mole trahens.
Accipit inde gradum varium, diſtantia rerum
Vna ſit vt reliqua nobilitate prior.
Debita partitur meritis hæc dona modeſtis
Diſcretoq; iugo dyſcola colla premit.
Aeternatq; vices nunc iuſtis damna ferendo
Munera, nunc etiam vilia dando malis:
Cùm Deus exiſtat naturæ cõditor omnis,
Et pater haud genitum negligit actor opus.
Gignitur in partu dilectio prolis amica,
Anxia qua ſobolis ſit memor ipſa parens.
Artis opus fabræ prodit dulcedine quadam
Mente faber iugi qua fabrefacta fouet.
Carmen amore ſuum vates amplectitur æuo,
Qui ſtudet vt proprium viuere dogma queat.
Sic orbem retinens diuina potentia totum,
Non prius hunc fecit, moxq; retraxit opem.
Non ſinit exhibita ſpecie producta carere,
Qui núe ſuum foueat, palma vacare nequit.
Non loca decurrit, nec ſola locata relinquit:
Nam baſe ſemota fabrica tota ruit.
Omnibus hic preſens, hæc omnib. intima rebus
Cuncta potens ſtabilit quæ ſtabilita regit.
Arte quidem mira produxit conditor orbem,
Arte quidem mira dirigit orbis opus.

Nil ſine conſilij eſt productum lumine ſummi,
Perpetuaque ſator facta gubernat ope.
Arbitrio rectæ rationis prodijt ordo
Rerum, ſeu ſacra machina mente latens.
Hæc vt diſſeruit pleno facundior ore,
Noluit aſtructo dogmate plura loqui.
Pabula ſucciſo quæ dum ſermone retraxit,
Eſt noua doctrinæ ſollicitata fames.





HENRICI ME-DIOLANENSIS DE CONTROVERSIA HOMINIS ET FORTVNAE

Liber II.



Vmina mox placidi subuexit in æthera vultus,
Sicque Deo tandem fata Minerua tulit.
Iam libet Altitonans orbis describere molem,
Paucaq; virtutis mira referre tuæ.
Hæc etenim norunt speculata fouere gemẽtes,
His intenta minùs saucia corda dolent.
Doctior hæc etiam fit mens ingressa profunda,
Doctrinæq; vacans munera bina refert.
Hæc inspecta docent fore curæ quæque supernæ,
Subdita præcipiti nullaq; sorte geri.
Mortales igitur mirentur conditor alme
Artis opus, mira quod ratione nitet.
Aethera sublimem celatum sidere tendi,
Ambiat vt superas exul habere domos.
Institor vt diues, tua sic commertia pandis,
Suspiciẽs veras vt petat emptor opes.
Sidera tu rapido cursu deducis in orbem,
Hæc eadem certo singula calle regens.

Non dubia ſuperos numeras ratione recurſus:
Nam ſubicis certis motibus aſtra ſuis
Tempore terdeno greſſu Saturnus incerti
Luſtrat bis ſeno ſe iuga clara Iouis.
Sic tua bimatu diri rutilantia Martis
Iugiter aſtripotens innouat ora manus.
Te duce perficiunt annali grande labore
Ethon, Pyroeis, Lampus, Eous, iter.
Hocq́; Venus ſpacio longos feſtina meatus
Percurrit Curſor, Mercuriusq́; celer.
Menſe quidem renouas lunaria cornua motus,
Principiumq; ſui biga rotata petit:
Terq́; duodenis circumfers millibus annis
Sublimis ſpacio ſidera fixa poli:
Attamen ipſa tua latum virtute diurno
Tempore circundat ſphæra rotunda ſolum.
Diffundis ſecreta tuæ virtutis in aſtra:
Sicq́; tibi meliùs quàm ſibi fata damus
Ex te ſigna queant ſeu motus ſiue figuræ,
Siue ſitus ſtellas fortificare vagas.
At non iura tamen ſtellarum magna poteſtas
Naturæ cogit, nō animisq́; iubet.
Vnde Senis virtus aluoq́; incluſa parentum
Contuitu lædit membra tenella ſuo.
Pallet enim facies multi præſaga doloris,
Partubus eſt cuius peſtis amara gelu.
Hunc ſoboli compaſſa ſua, natura veretur
Omnis, nam confert frigore damna ſuo

Vn-

Vnde Iouis placidi facies perfusa colore
Humano generi cuncta serena parit.
Obuius est iræ Martis, reprimitq́; parentis
Sæuitiam, lustrans absidis alta suæ.
Gaudia fert pacis, cōpescit prælia, fœtus
Ipsius humor alit, viuificusq́; calor.
Quandoq́;, flammigeri ni tanta potētia Martis,
Qui solet afflatu bella mouere ducum,
Exagitat ventos, emittit fulmina terræ,
Igneus ille color signa furoris habet.
Tristia Principibus solet hic efflare cometes,
Humida ni lacrymis Cynthia placet eum,
Vndiq́; tantarum fæcundet semina rerum,
Gradiuum moderans Solis amica Venus.
Diues luce micat, præbet fomentaq́; rebus
Ipsius admixtus frigiditate calor.
Præmia festinum Phæbi prænunciat ortum,
Vndis submersum prosequiturq́; comes.
Proximus vnde Canis radijs Cillenius vndas
Nili titanis soluit in arua comes:
Littora non repetunt, nocti nisi iuncta diei
Pars fuerit, Libræ Sole petēte sinum.
Ipse genus miscet, voces formatq́; disertas,
Deserit anfractus rectius eius iter.
Vnde decor noctis Phæbe rorisq́; ministrat,
Imperat æquoreis æmula Solis aquis:
Fluxibus alternis eius spiramina miscent
Aequora, vim corpus percipit omne suam.

Auget aquas ortu, quas & deflexa reducit,
Dat reliquis proprias mobilis ipsa vices.
Humoris fœcunda parens rigat ossa medullis,
In se plena quidem cætera plena facit.
Exesamque suæ sic lucis munere Phœben
Cuncta dolent: cuius damna repentè luunt.
Vnde nouo rutilans prædicit Cynthia ventos
Ortu, quod species indicat ipsa rubens.
Corniculo summo pallens prænunciat imbres,
Mensis nimbosum principiumq; docet.
Hæc eadē medio cornu si forte nigrescit,
Tunc pleno Phœbe clarior orbe micat.
Lucis priuatur Soli vicina decore,
Cuius in opposito lumine plena micat.
Fonte magis quantò resilit splendoris ab ipso,
Lucis damna suæ tam minùs ipsa timet.
Aetatisque suæ circa primordia tentat
Claudere Titanis lumina lata sinu.
Lumine dotat eam Phœbus, parat ipsa rapinā,
In coitum medio Cynthia calle means.
Nudat at hanc tellus, Phœbeo lumine rectum
Solis in opposito si sita pergat iter.
Vnde pater rerum Titan, & fulgor Olympi,
Naturæque vigor, sidereusque decor.
Infima viuificat, lucem communicat astris,
Hic oculus mundi, regula certa Poli.
Ipse planetarum dominus nunc stare meatus,
Nunc etiam tardos accelerare iubet.
Tra-

Tramite signiferi medioq; perambulat orbis,
Deserit ambages circuitusque vagos.
Quadrigas medio ducit, ne frigora lædant,
Aut quoq; Phætõtis concremet error humũ.
Hæc vt ab æquoreo conscendit littore, nubes
Pestiferis radijs pellit ab orbe suis.
Tunc etiam vires Titan animalibus auget,
Cuius descensu debilitata manent.
Hic ortu sub nube rubens prænunciat imbres:
Cui si pallor inest, turbinis auctor erit.
Si fulgens medio radios emittat ad Austrum,
Humida tempestas flamine mixta cadet.
Si pallens Titã in nubes occidat atras,
Signat quòd ventus tunc Borealis erit.
Vique tua gelidas Aries transmittit in oras,
Arcturi nitidos lumine Solis equos.
Ascendens roseo cursu qui culmina Cancri,
Florigeros aperit flante calore sinus.
Imaq; mox repetẽs messes coquit ignibus vstas,
Et succos acidos dulcia vina facit.
Mittit ad australes susceptam Libra quadrigã,
Immenso recipis quam Capricorne gelu.
Imbreque fœcundo conscendens inde regyrat,
Ad pecus & propria sedulitate redit.
Tempora temporibus succedunt, tædia vitæ
Vt minuant vicibus sic variata suis,
Optime cumq; iubes opifex, consurgit ab imis
Auroræ facies plena, decora, rubens.

Tem-

Tempora seiungens tenebras hæc pellit ab orbe,
Nunciat & Phœbi munera grata prior.
Hac qua parte poli vicina, minutaq; Phebus
Candentem gyrum respicit astra paras
Est & stelliferi pars orbis densior illa,
Ac ideò meliùs lumina sparsa tenet.
Vana fides quæ falsa docet, pars Sole quod vsta
Talia non patiens candeat illa Poli.
Siue quòd astrorũ medio concurrat, & ignis
Lumen cum lucis sphæra sit ignis inops.
Aut quòd circumstans sit lumẽ semita candẽs
Partem quam cœli Sol grauis igne coquit.
Hoc quoq; si verum, Phœbi labẽte quadriga
Lacteus instabilis circulus orbis erit.
Cui tamen æstiuus tenor à Chirone regyrat,
In geminos tendens versus vtrunq; polum.
Sic & ab æthereo non hic humore reflexum
Lumen continuè mobile trames erit,
Axe polos figit, sed cedit inanibus alter,
Vertice stans nautis præparat alter iter.
Vnde procellosus turbo cùm scanderit arctus,
Proximus hanc prohibet longiùs ire Polus.
Iussus & Arctophylax nũquã glaciale reliquit
Plaustrum, circuitus explet et ipse breues.
Iste quidem plaustri custos dictusq; Bootes,
Hæc etenim bobus proxima stella micat.
Ipse duodenis signum est spectabile stellis,
Huius & Arcturum ventre micare ferunt,
Ius-

Iußaq; Phœnices nautas Cynosura reducit
Visere non alias ambitiosa plagas.
Nam vicina Polo parui cōtenta laboris
Non iter à stabili distrahit axe suum.
Ensifer vnde docet nautas hybernus Orion,
Post se venator pertrahit ipse Canem.
Qualiter exagitat vētis mare, densat in imbres
Aera, consurgens grandine lædit humum.
Emicat ante Bouis radio vestigia claro,
At tempestatem lux tenebrata notat
Lucidiorq; suis rutilans cùm splendet in armis,
Tempora tunc lætus læta futura refert.
Cùm placet & Pleias consurgit tempore verno,
Hybernoq; cadit tēpus vtrumq; docēs.
Ante Bouis genua hic radios Atlantis adustos
Roribus ac grato mitigat imbre madens.
Vt roseus Phæbum Maius suscepit Equorum,
Strata sub igniferis raptibus atq; iacet:
Frōte Bouis profers Hyades, quæ lumina pādūt
Cùm capit à tetra tempora nocte dies.
Ortæ namq; madent, & fruges imbribus augēt,
Impulsuq; Senis flamina dira serunt.
Quisue iubet feruens vt Syrius exerat ignes,
Aestiuis medio mensibus orbe rubens.
Siq; suo fuerit Solis collega meatu,
Duplo tunc tellus vsta calore gemit.
Vt sublime Polum descripsit dogma Sophiæ
Orbis ad inferius postmodò tendit opus.
Prin-

Principium rerum carpit ſermonis adorſi,
Principium verax ſicq́; magiſtra docet.
Ingenito non illa ſuo primæua decore
Materies caruit nomine dicta Chaos.
Prodijt illa vetus varijs cōcretio formis,
Molem diſcerpunt nullaq́; bella rudē.
Illa globo nunquam pugnant congeſta vetuſto,
Munera pacificè ſed potiora manent.
Neſcia miſceri pariter pacata morantur,
Non eſt his ortu vis genitiua nouo,
Congeries informis adhuc, confuſaq́; moles,
Poſtremis formis dum ſua membra carent.
Hæc primis induta ſuis ſpeciebus anhela
Imperfecta manent, nec generare queunt,
Vana fides perfecta ferens elementa fuiſſe,
Mixtaq́; continuæ murmure litis agi.
Ingenitos ortuq́; ſuo ſenſiſſe tumultus
Ipſa prius, iuſſu moxq́; dirempta Dei.
Hanc prius è diuo produxit pectore molem
Diuus primæua conditione ſator.
Poſtmodò frigoribus pariter ſubiecta calori
Humida, per partes ſiccaq́; facta ſuas.
In varios diuulſa ſitus manet illa deorſum,
Hæc pars ſumma petit, pars mediumq́; tenet.
Protinus ad partus eius contendit origo,
Seminibusq́; nouis viſcera plena tument.
Inde globus mundi rerum difformis imago,
Omne creaturæ profluit inde genus.

Ipſe

Ipse tribus digitis appendis pondera terræ,
Alternis numeris hæc elementa ligans.
Aër aquis flammas, has terræ, nectit abundè,
Sicq; manent pariter dyssona iuncta simul.
Stās obtusa grauis tellus contraria flammæ est,
Distat ab hac solùm mobilitate liquor.
Estq; magis flammis aër conformis: ab ipso.
Dissidet vlteriùs qui leuitate solo.
His nosti medijs, his vltima nexibus orbis,
Optime tu solus iungere membra faber.
At fuit æthereos ignes subnectere cœlo
Cura tibi, fieret ne rogus ignis homo.
Hæc regio charos producere nescia fœtus,
Nulla refert orbi munera prolis inops.
Aëra sub flammis atris suspendis, vt obex
Feruenti restet humida zona plagæ.
Diuersosq; tuo nutu sursum ima vapores
Emittunt nubes, aëra sicq; replent.
Nūc strepit æthereus fulgor, nūc cauda cometis
Emicat, & Reges tristia fata pauent.
Aequora concutiūt nūc vēti, grandoque messes,
Nuncque leuis roris funditur imber humo.
Aereo siccos fumos quis congerit æstu,
Feruida vt ignifera fundat ab arce coma?
Namq; faces latas nunc hastas mittis ab alto
Tristeq; nunc omen sideris instar habes:
Nuncq; colūna cadit, nūc cādidus emicat Assub,
Nunc ignita sedens aëre stella micat.

Iugi-

Iugiter humores gelidam quis tollit ad oram,
Aëris vt nubes fabricet inde leues?
Mitigat igniferos radios fœcundaque nimbi
Ipsa parens pariter grandinis, atque niuis.
Quem si forte iubes media consistere Zona,
Humor vix borea flante fit alba gelu.
Qui si Phœbeo mixtus feruore calescat,
Frigore compresso frigida grando cadet.
Grandinis ex fumo genitos in nubibus altis,
Ex gelida lapides tunc regione iacis.
Cùm loca perlustrat rutilus Borealia Titan,
Arctatur sparsus frigore nube calor.
Qui quoque si tantùm mediæ conscendat ad orã
Zonæ, versus humum funditur imber aquis.
Auster enim feruens si tunc spiramina mutat,
Nimbus erit nullo præripiente gelu.
Mitigat hic Phœbum, siccæ telluris hiatus
Fœderat, & cogit luxuriare solum.
Humor si modicus Zonæ persistat in imo,
Vere vel autumno lata pruina riget.
At si forte celer medium transcenderit infra
Aestum consistens rore madescit humus.
Tempore nocturno das rorem & cuncta virere
Qui radijs nitidi solis adusta facit.
Quos quoque deseruit fœtus infausta volucris
Nutrit, ros Austro non nisi flante venit.
Arcet serpentis descendens nocte venenum,
Quamque die faciet nocte nocere minùs.
Igne-

gneus vnde vapor, quẽ dẽſus cõprimit humor,
Colliſus ſciſſa nube coruſcat aquis.
Arboreos fœtus lux hæc corrũpit, & orbi
Ipſa timor toti tonitruiq; nota.
nde premit frigus nubem, nubesq; calorem,
Vt ſonitu nubes icta calore crepet.
ic etenim venti grauida de nube procellam
Extrahis, vnde ſonus terribilisq; fragor.
Fructib. hic cõfert tonitr⁹ pluuialis: at expers
Fulguris aut ſubitæ lucis & imbris obeſt.
Materies ignara magis ſi forte vaporis
Terræſtris, veluti glutine mixta madet.
Exilit igniti tanquam carbonis ad ima
Reſplendens gelida nubis ab arce calor.
oncremat hicq; cadẽs lucos, ſuccẽdit & vrbes,
Imbreq; deſcendens cedere neſcit aquæ.
ogitur in lapidem, cœli ſi forte vapori
Vdi viſcoſi copia maior ineſt.
erribilis, iaculi quod nubes excutit, ictus,
Et ventus pariter frigora multa loci.
gne lapis genitus ſubitò deſcendit ab alto,
Impulſus ſcindit, concremat, atq; ferit.
aſeq; contracto ſeruat (res mira) liquorem.
Et cædes eius ſtigmate ſæpe caret.
erra quidem iaculi viſcoſa relinquitur ictu,
Stat ne labatur quà prohibente liquor.
ertum neſcit iter: nam ſpiritus obuius ipſi,
Et nubes motum diuariare ſolent.

Nuncia Iunonis vestita coloribus Iris,
Arcus vnde sui cornua tensa gerit?
A nobis diuersa tenens conuexa, supernum.
Terrigenis fœdus pacis amica refert.
Colligit imbriferas sparsasq; per aëra nubes,
Compressis nebulis, ne cadat vnda, vetat.
Ex humore rubor flammantē nunciat ignem
Exundans, quòd non vincere possit aqua.
Sic viror ex aqueo procedens nempe vapore,
Quod non omninò continet ignis aquam.
Decliuasq; poli semper contraria Phœbo
Lustranti partes è regione micat.
Orbis enim medium nunquā splēdere quadrig
Iris solari circumeunte solet.
Australes exosa plagas noctisq; tenebras,
Ni fuerit Phœbe, lumina plena fugit.
Quis nubes rorare facit pingitq; colores,
Roribus vt triplex fulgeat inde color?
Nam suprema rubent arcus mediumq; colore,
Et mixtum duplici concauitasq; viret.
Altior emittit roratio sicca ruborem,
Humida proximior fusa virore viret.
Aëre sed gelido pallens albedo resultat.
Humentiq; simul mixtus vtroq; color.
Aëra concutiens pelagus, terramq; creator,
Quis iubet vt surgat siccus ad alta vapor?
Aëreo tactus solet hic educere ventos
Frigore, sicq; suas Aeolus auget opes.
Nun

Nunc pestē perflans Septētrio pellit ab Austro
Ortam, qui gelido iussus ab axe venit.
Circius à dextris comes huic spiramina mittit.
Frigoris est cuius grando niuesq; genus.
A læua gelidus Aquilonem mittit ab oris,
Cuspide qui nubes pellit ab orbe suo.
Zonam directo pertransit calle niualem
Hinc & ab ingenita frigiditate riget.
Ver premit ex glacie soluenti sole vapores,
Quos radius gelidi pellit ad antra poli.
Turbat & autumnū cum phœbus deserit arctū
Virgineas oras egrediente rota.
De torrente vocas Austrum regione madentē,
Afflatu cuius sicca madescit humus.
Sub medio siquidem feruorem contrahit arcu,
Vt tellus imbres hæc resoluta paret.
Innoluens nebulas in se, motumq; reflectit,
Vt pressas nubes soluat ab imbre graues.
Spiritus huic dexter pelagi qui concitat vndas,
A læua residet temperiesq; Noti.
Tu subsolanum Phœbi producis ab ortu,
Cuius temperies tempora grata facit.
Ipsius altitonans dextris Vulturnus adhæret,
Altera pars Eurum nubiferumq; tenet.
Quinetiam Zephyrū, steriles qui floribus agros
Ornat, ab occiduo littore flare iubes.
Africus huic dexter tonitrꝰ & fulmina gignēs
A læua Corus, cui comes alter adest.

Aere clarificans partes cùm perflat Eoas,
Occiduo nubes cùm flat in orbe facit.
Tertia sors ponti, quem firmo littore claudis
Est, ne terricolas subruat vnda tumens.
Ad faciem terræ non audet fundere fluctus
Thetis, at in proprio gurgite stringit aquas.
Vndiq; telluri non se commiscuit humor,
Continuo generi præstet vt ipsa locum.
Amphitritis aquas Borealis mittis ad Austrũ
Pauper vt Arcturi sentiat Auster opes.
Littus nempe suum Septentrio pleniùs auget,
Qui densum in liquidas aëra vertit aquas.
Humoris matrix & aquæ genitiua sub Arcto
Pars orbis locus est proprius illa maris.
Littore pressa suæ glacialibus exit ab oris
Tramite decliuo labilis vnda fluens.
Non tamen excipiens fluxus Australe redũdat
Aequor: nam radius feruidus haurit aquas.
Hicq; per occultos mandat sua dona meatus,
Oceanus terræ munere ne sit inops.
Ipse fauẽs Phœbe calcat sua littora terræ,
Viscera profundit, flumina sicq; fouet.
Aëra fecundat nebulis, ac inde resudant
Fontes: nam sparsis imbribus antra madent.
Imbres antra petũt, extrà quos antra refundũt,
Vt sic planicies sicca rigetur aquis.
Humoremq; grauem conscendere cogit ab imis
Inclusus solida concauitate calor.

Ebul-

bullire facit quem feruor ſparſus in orbem,
Sidereus penetrans infima clauſtra ſoli.
Algētes etiā dant alta cacumina fontes,
Subdita quos ipſis vaſta vorago parat.
ndas namq; ſuo rupes montana calore
Subiectas veluti ſpongia ſpiſſa trahit.
umq; ſpecu magnus latitet theſaurus aquarū,
Rupibus ex altis flumina magna fluunt.
rincipio quæ fracta ſuo natura reducit,
Et Pelagus celeri gurgite verſa petunt.
Nūq̄ clauſtra tamē, quæ ſemper dona refundūt,
Fluxibus aſſiduis æquoris ampla tument,
git enim cœlum, tellus exhaurit & ipſa,
In proprio nunquam fluctuat vnda loco.
mnia qui miſces humoris glutine, ſalſos
Ipſe ſator noſti condere ſolus agros.
ui quoq; ſi deſint, non reddent antra metalla,
Nec cāpi flores, & perit omne genus.
rte tua potus effundunt flumina dulces,
Iugiter & ſalſos æquoris vnda vomit.
Nam vapor Oceani trahitur terreſtris ab imo
Fundo, ſidereus quem calor inde rapit.
ui vapor exuſtus Phœbo, diſparſus in vndis,
Virtutis ſuperæ munere ſalſat aquas.
ui ſupereſt humor ſubtilis, in aera fumum
A facie reliquum ſole leuante maris
ronior exhalat, reſidet ſed ſpiſſior vndis,
Vt ratibus præſtet tutius æquor iter.

Alter at æquorei eſt ſemper ſalſedinis expers
Humor, ni riuum ſalſa ſpelunca vomat.
Sol etenim ſubtile leuans humoris ab alto
Aërium miſcet, decoquiturq; liquor.
Indeq; digeſtus, mox ſoluitur imber ab Auſtro
Guttaq; iam dulcis faucibus apta cadit.
Et vapor inbibitus poris cælatur in antri
Terreus, & gratas vena refundit aquas.
Ac tantum ſubtile calor ſub fonte recluſus,
Ventre ſoli quod adeſt dulce refundit aquæ
Brachia porrexit pelagus ter dena per orbem,
Diuitias terræ participatq; ſuas.
Hæc rate lucrifera crebro ſulcantur auari,
Externasq; ſibi reddere cogit opes.
Hæc piſcator edax prædatur retia pandens,
Aſsiduè repetit, grandeq; fœnus habet.
Hæc ventis concuſsa tument, regniq; minatur
Neptunus metas amplificare ſui.
Pro ſceleris mercede datas non cõmouet vnda
Solas Aſpalti flabilis aura maris.
Littoribus demerſa ſuis hæc viua remittit,
Viuaq; non gignit, retia neſcit inops:
Ignoratq; rates, valet hæc fullonibus vnda,
Mundificare citò cuius acumen habet.
Natq; (ferũt) ſuper huius aquas accẽſa lucerna
Quæ tamen extincto lumine nare nequit.
Aequoris à fundo purgat vapor vnde leuatus
Sordes, quas propria Cynthia luce trahit.
Hi

Hic extendit aquas, calcat quoq; littora pōtus,
Aestuat & fœtens fæcis odore grauis.
Tu liquidis siccam strauisti summe creator,
Et iacet ima petens pondere mersa suo.
Hæc postrema loco medio fundata quiescit,
Et stabilis motus nescia sola manet.
Ipsa tamen virtute tua concussa potenti
Nutat, & impulsu flaminis acta tremit.
Viscera telluris terrestri nónne vapore?
Reples, vt venter mugiat inde soli?
Grandis ab ingenitis ventis prodire tumultus
Nempe solet, quoties hic iuga celsa mouet.
Egrediens vapor ille specus animalia lædit,
Lumina dispersus Solis & atra facit.
Erumpens sonitu celsas subuertit & vrbes,
Flatu nuncq; suo puluis ad alta volat.
Nūc cineres atros, lapidesq; educit ab Aethna
Vstos, inflammans interiora soli.
Sulphuris ignitis nunc antris exilit, vndas
Mortiferas secum tartareasq; trahit.
Sulphureis aqueisq; simul nunc exit ab antris,
Sulphureas calidas tuncq; refundit aquas.
Fundamēta quatit nunc portica clausus in imo,
Compos aquæ fumus diluuiumq; vomit.
Oceani tumidum nunc fundum tollit in altum,
Suscipiat montes æquor vt inde nouos.
Quinetiam translata suum nūc insula mutat,
Aut petit ingenito vecta vapore situm.

Hic nimium virtute potens qui concutit orbẽ,
Fumus & euellens perpete laxa loco.
Mollis humus vicina mari perfoßa cauernis
Aptiùs incluso flamine pulsa tremit.
Terram non agitat descendens ignis ab alto
Viscera, nec mũdi ficta senecta riget.
Intima telluri non lata capedo tremores
Adducit iuges igne soluta ruens,
Vnda nec incluso bullit permixta calori,
Vt nutent infra terga repulsa soli.
Inferior non vnda suis arctata tumescens
Littoribus terræ pondera magna mouet.
Alget in extremis quinq; hæc partita per oras,
Ente duæ mediæ feruidiore tepent.
Conueniunt elementa simul, quò mixta repentè
Ex illis fiant quæ vagus orbis habet.
Ingenio tu nempe tuo sic mixta coæquas,
Proprius vt dirimat quæq; cupita gradus,
Hãc decor arboreus decorat flos gratus odore,
Hæc pecudumq́; parens annua dona refert.
Hæc quoq; thesauri diues concepta refundit
Iugiter ex pleno vẽtre metalla suo.
Et gemmas varijs, quas tu virtutibus ornas,
Quarum cœlesti munere nulla caret.
Ignes vnde semel succensus nutrit Abestus,
Absinthus dudum compar & ipse calet.
Paruus & vnde lapis galli susceptus ab aluo
Decrepiti, tollit sumptus in ore sitim.
Solis

Solis & astracto per lucida flamma Berillo
Luci nonne tui muneris exit ope?
Hoc accepit idē Criystallus gignere flammas,
Quæ pariter nouit, reprimit hæcq; sitim.
Vberibus lapis hic attritus melleq; mixtus,
Confert gustatus pectora lacte replens.
Quis dedit vt ferris Adamas flāmisq; resistat?
Sola sed hunc hirci sanguinis vnda domat.
Sub magnete situs virtutem vincit inertem,
Ipsius & ferrum ne trahat, ipse vetat.
Fulget & in flauo tua gratia Iaspide, stringit
Sanguinis hic fluxum menstrua viq; pari
Prouocat & somnum, membris seruatq; vigorē,
Toxica depellit, lætitiamq; parit.
In lapidem virtute sua quis congelat vnquam
Actor Limgurium nomine lincis aquam?
Ictericis confert, obstat stomachiq; dolori,
Fluxibus & ventris, hic paleasq; trahit.
Crysoliti species, alijs quæ discolor horis,
Aurea diluculo pulchrior vnde micat?
Huic tribuis lapidi scabiem curare minuto,
Vlceribus medicam ferreq; fertur opem:
Gestatusq; manu febris (res mira) calorem
Mitigat, ac flamma læditur, hancq; timet.
Siue quis in stomacho geminos feruēte lapillos
Congessit celeris nobile munus auis.
Ipse Celidonius gratos hominesq; disertos,
Ipse rubens Euax vt tulit esse facit.

Et niger humores prauos castigat & iras,
Et pura sanat lumina lotus aqua.
Quis dedit & viridi coitus horrere Smaragdo,
Qui se gestantem castificare solet?
Lumina conseruat, morbos curare caducos
Fertur, & in causa verba diserta dare.
Sapphiro virtus anthraces vnde fugare?
Et purgat gelida lumine mersus aqua.
Vtq; ferunt castos reddit, frontisq; dolorem
Et linguæ curat, membra vigere facit.
Vnde vel omnipotens humanas altera carnes
Magnetis species, altera ferra trahit.
Qua virtute lapis Topazus, quē gignere fertur,
Feruentes gelidas reddere nouit aquas.
Acepatis vitium læsi, splenisq; recidit,
Ex te quartanæ fitq; medela zemet
Anthraci lapidum vires quis contulit omnes,
Qui quoq; ne noceant, dira venena facit.
Ipse rudi tandem de limo plasma tulisti,
Ciuibus empyreis par ratione vigens.
Mēte Dei speciē gerit, vmbram corpore mortis,
Vnaq; sic superest, altera parsq; cadit.
Huic fuit excelsis medio contenta sub arcu
Auroræ regio prima parata iugis.
Irriguus locus hic, quo Nili prosilit vnda:
Est ibi temperies, nullaq; pestis obest.
Grataq; culturæ spinarum nescia tellus,
Plasmatis arboribus consitus hortus erat.
Vi-

Vitiferasq́; dapes homini dulcesq́ue parasti,
Sanctior at non est hostia sacra cibus.
Iussa salutis ei fudisti lumina vitæ,
Sed nec adhuc radios subtrahis alme tuos.
Non labor incubuit diuo præfulsit honore,
Qui quoq; natiua cætera lege regat.
Promere quid tantùm conor, cui cognita menti
Mundanæ ratio conditionis adest?
Mirari sed adhuc liceat magnalia laudis
Pro modulo reddat debita lingua suo.
Tu pie causa potens species perfectio rerum,
Tuq́; suo cogens regula quæq; gradu.
Cælicolas proceres perstringens ordine certo,
Agmina quæ certa non sine lege sinis.
Consilio perfecta tuo mortalibus alto,
Debile non modica plasma tuentur ope.
Clade pia tetros semper bacchantur in hostes,
Et raptis spolijs horrida castra fugant.
Vltima perficiunt summo vicina Hierarchæ
Muneribus, dono quæ inferiore micant.
Lumina postremis primi suscepta refundunt
Cætus per medios participata choros.
Lege sub alterna sibi tradunt dona vicißim
Cælestes ciues, nullus auarus ibi est.
Ad te mox alacri pernices laude recurrunt,
Felici reduces te anxietate petunt. (mas.
Quas venerãda acies turmas distincta per al-
Perpete mortales sedulitate tuens.

Mu-

Mutua quam mira eſt effuſio luminis almi,
Ad centrum felix orbita lata ſacrum.
Imperat & pecori tua lex ſine lege vaganti,
Hocq; regit ratio quod ratione caret.
Aequore nec vagulus dubio tibi piſcis oberrat,
Tramite ſed recto te duce carpit iter.
Tu citò præſcripto curſu ſpiramina mittis,
Deuia quoque voles aere perget auis.
Non cadit aut foliũ ſine te ſeu puluere vermis,
Seu minimi roris gramina gutta fouens.
Funditur haud tenerè indigno tua gratia vaſi,
Muneris in paruos ſorte cadente ſui.
O fons viue, ſacræ lucis bonitatis origo,
Principium vitæ, gloria, læta quies.
Tu ſpeculum mentis caſtæ ſplendore ſuaui
Luſtras, irradians omnia, labe cares.
Gurgite largifluo ſemper tua vena reſudat,
Qui ſtabili retinens ordine cuncta foues.
Tu ſator & cuſtos, tu fructus terminus idem,
Ad finem certa qui ſata lege vehis.
Semen & ingenium notum diſperſa creatis,
Ad te ſuſpiciunt, & tua dona manent.
Non generis ſeries, nil artis, nilq; beatum,
Cœlica ni virtus infima noſtra iuuet.
Semen & areſcet ſparſum ſine germine, ſancta
Cœleſtis roris ni foueatur ope.
Ars vtcunq; ſagax omninò redditur omnis,
Hæc benè ni fuerit lumine docta tuo.

Nulla-

Nullaq; propositum felici fine voluntas
Peruenit ad prauum te retrahẽte manum.
Hæc ait, & cessit, pariat ne tædia sermo,
Cordaq;, ne ratio continuata grauet.
Dixerat, hæcq; auida suscepit mẽte recondẽs,
Virtutis magnæ dogmata vera gemens.
Non modicũ morbi dempsit doctrina salubris,
Iuxta naturæ non operata modum.
Tarda quidem vocis doctæ molimina nescit,
Vis auidis subitò magna referre solet.
Non ars languori tam plenè saga meretur,
Non æger medicam tam citò sentit opem.
Surrectis oculis mox pendet ab ore Sophiæ,
Nec iam sic lachrymis ora rigata madent.
Euigilant tristi dudum suppressa sopore
Lumina mens vires lætificata capit.
Torrida doctrinæ sacræ rigat ossa medulla,
Infusis reficit saucia membra vigor.
Lætior interea gratas prorupit in odas,
Carmina deuotis (nec mora) digna refert.
Optima doctorum doctrix præclara Sophia,
Omnibus es vatum sola magistra scholis.
Te super euectam superis felice volatu
Condita diuino non latuere sinu.
Sensibus humanis nimio semota nitore
Ingrederis, nam sunt abdita clara tibi:
Pura acie rerum rationes inspicis altas,
Materiæ immixtas simplicitate tua.

Mysti-

Mystica naturæ subtili indagine rimans,
Vera doces animos ingeniosa fides.
Est occulta tibi complexio cognita rerum,
Omnis notitiam proprietatis habes.
Non lapides cælāt virtutē, aut ligna latentem,
Non pecudes: pandunt vim sibi cuncta suā.
Vultum perficiunt informis mentis vtrumq;
Iustitiæ ac lucis munera bina tuæ.
Ingenuis animos tu grandes moribus ornas,
Luminis hos radio lætificasq́; tui.
Visu sidereos cursus scrutaris acuto,
Quos tua perstringit regula certa vagos.
Fune tibi certo mensuras quicquid in orbe est,
Alta poli pariter, siue profunda maris.
Est tibi perplexi numeri proportio nota,
Artis es harmonicæ iungere docta modos.
Plurima diua tuos dulcedo nutrit alumnos
Pauca vacans laribus nouit amara tuis.
Eximia est superans alias sincera voluptas,
Quam tribuis largo gurgite fusa pijs.
Nil secum aduersi patitur seiuncta dolori
Purior admixtum non habet vnde gemat.
At terrenus amor nimia sub mole laborat,
Sordida criminibus pœna cupido sibi est.
Infestæ remoues fortunæ tœdia, non hæc
Sentit præsidio mens comitata tuo.
Mens nequit euerti doctrinæ infusa sapore,
Turbine stat solio fixa ruente suo.

Non

Non equidem ſapiens alienis exulat hærens,
Quem nequeũt propria pellere damna domo.
Intrepidus caſus contemnens tutus vbiq; eſt,
Huic patria eſt magni fabrica tota globi.
Vox tua quã dulcis, prudens, quã lingua diſerta,
Sermonis ratio quàm ſpecioſa tui?
Eſt tua quàm multo facundia picta colore?
Attamen eſt veri compta decore magis.
Ponderis ô quantũ minuit quàm dulcia ſuadet,
Grãdia quamq; mouẽs, cõmmoda iuſta iubet.
Humanos cohibent prolapſus iuſſa tuarum
Legum, ne præceps ſæua libido ferat.
Sceptra tuis parent regalia legibus almis,
Rex tua contemnens iura tyrannus erit.
Qui non iure cupit dominari, iura tyrannum
Hunc ſtatuunt, regimen qui ſine iure petit.
Quàm recte cenſura tui dijudicat omnes,
Iudicij iuſta iurgia falce ſecans.
Nunc mea ſuccumbens dignè querimonia cedit,
Cauſaq; non alio robore fulta perit.
Fortunam ſiquidem fruſtra nec rite vocatam
Nullius fateor criminis eſſe ream.
Quis tanto fulgore micat virtutis amicus,
Vt meritis non ſit debita pœna tuis?
Ante aciem maculis velantur ſidera tetris,
Iudicis & mundus ſorde volutus homo eſt.
Quàm benè culpa ſuo premitur patrata reatu?
Ex merito eſt veniens pœna dolenda minùs.

Sunt

Sunt homini lachrymis veris peccata gemēda,
Mentis non rerum flenda ruina foret.
Quàm fœlix cædes quæ fœda piacula purgat,
Quàm patiente medens corde ferēda manus?
Calce petens iaculum stimulatus læditur ausus,
Vltio stulta refert plurima damna sui.
Flamine profluxi tumido nimioq; procaci
Faucibus in sonuit stulta querela meis.
Cura viget certè supremo pectore rerum:
Immemor & proprij plasmatis esse nequit,
Sedulitas superæ pietatis nota fideli est,
Firmiter huic hæret intemerata fides.
Credita deuotos affectus nutrit & auget,
Nubila profundit lumine corda sacro.
Virtutum fæcunda parens bonitatis amica est,
Fluctibus in medijs anchora firma ratis.
Vndiq; cum sæuit turbo nil restat agendum,
Quàm diuina oculos figere mentis ope.
Naufragus acceleret portum feruente procella
Cœlestis curæ corq; fidele sinum.
Turbinis à facie diuas reclusa sub alas
Mens felix quarum tegmine tuta manet.
Si placet ergo, patris summi clementia cædat,
En ego dimoto murmure dorsa paro.
Cumq; libet feruor diuinus rore madescat,
Vt torrem flamma iam leuiore cremet.

Vltima sermonem claudens oratio promsit
Has querulo cælum suspiciente preces.

Obse-

Obsecro summe Deus peccatis parce gementis,
Expiet errores tanta ruina meos.
Aruit excisi subitò nunc gloria floris,
Nunc simul intereat prosperitate scelus.
Alme pater solum ne me sub mole relinquas,
Munera membra tuo laßa labore foue.
Auxilio deserta tuo robusta gigantum,
Ceruix sub modico pondere curua tremit.
Insuper à læso vesanum pelle furorem:
Exurant iræ ne mea corda faces.
Muniat effætos artus patientia, scuto
Forti concußum protegat ipsa latus.
Iam tua suspendat mitißime dextra flagellum,
Perfundas oleo vulnera facta pio.
Iam bone tolle moras, faciem conuerte benignã,
Preßuris pietas prouida pone modum.
Alme parans citius solio demitte superno
Munera terricolis pacis amœna tuis.
O pie sæuitiem rapidam compesce potentum,
Oraq; iam freno tunde proterua tuo.
Nam malè venantes ciuilia bella tyranni,
Prouentus faciunt publica damna suos.
Iam tua diuino plebs numine docta quiescat,
Persoluat cultus sedula vota tui.
Turbine sedato famulatum reddat honoris,
Religio vigeat candida pacis ope.
Felix pax hominũ studijs intenta supernis
Felix obsequijs dedita cura sacris.

E Siste

Siste gradum iam Musa nouo sudata labore,
In portuq; latens nunc tua vela legas.
Parcito sermoni, dolor hac non tollitur arte,
Sola nec auxilium verba parare queunt.
Non opus est gemitu cùm prælia dira geruntur
Concupiunt fortem fortia bella manum.
Vberibus sacris sugas innixa vigorem,
Sufficiens miseris inde medela datur.

FINIS.



CYPRIANI A
POPMA PHRYSII COM-
MENTARIA IN LIBRVM PRIMVM Henrici Mediolanensis De Controuersia Hominis & Fortunæ.



*E illotis quod aiunt pedibus, susce-
ptam commentandi rationem ag-
grediar, operæ precium mihi factu-
rus videor, si de poëtices origine, car
inum inuẽtione, atq; item generibus, aliquid
rius dixero, quàm ad Authoris enarrationem
e cõferam. Igitur poëtices origo vetustißima
st, & apud antiquißimos Hæbreorum, qui
ngo interuallo græcorum poëtas præcesserunt,
rimùm floruit, vt testatur Iosephus lib. 7. An-
quitatum Iudaicarum. Expeditus (inquit) ita
ue Dauid à prælijs, & periculis, cùm pace iam
ltißima frueretur, cantica in Deum, hymnos-
ue vario metro composuit, alios quidem trime
ros, alios quidem quinquemetros. Diuus quoq;
Iieronimus in præfatione in Chronicon Euse-
ij, apertißimè id demonstrat scribens: Deniq;
uid psalterio canorius? quod in morem nostri
lacci, & græci Pindari, nunc iãbo currit, nunc*

alaico perſonat, nunc ſapphico tumet, nunc ſem
pede ingreditur. Quid Deuteronomij & Eſai
cātico pulchrius? Quid Solomone grauius? Qui
perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pen
tametris verſibus apud ſuos compoſita decur
runt. Hæc ille. Metri autem inuentio, parenti
li & autori rerum Deo aſsignatur atq; tribui
tur: vnde Diodorus Siculus lib. Sexto de Muſa
rum officio loquens ait: Muſis à patre conceſſa
eſt literarum inuentio, & carminum, quæ poëſi
appellatur, ratio. Sed poëmatum plura ſunt gen
ra. aut enim δραματικὸν *eſt in quo perſonæ tanti*
loquuntur, nec propoſitionem recipit, aut ἐξηγ
ματικὸν *aut* μικτὸν, *quod recipit, & ideò rara eſ*
propoſitio in ſatyris, quoniam in veteris comœ
diæ locum ſucceſſerūt. Nec in Eclogis temere re
peritur, quanquam eſt in Virgilianis.
Paſtorum muſam Damonis & Alpheſibæi.
ſimiliter apud Theocritum.
Αἰάζω τὸν ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.
ſed iā audiamus ipſum hominē cauſam agentē
SVMITE THESAVRO) Propoſitio eſt, cum
Pag.5. *inuocatione. ſolent enim ſcriptores, in ſuorum li*
Ver.1. *brorum principijs proponere, & oſtendere, quid*
ſint memoriæ mandaturi, atq; modeſtiæ cauſa
ſimul numen inuocare. ſic Homerus auſpicatur
Iliada.
Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

& Ody

& Odyſſeam:

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον. &c,

Heſiodus ἔργα καὶ ἡμέρας

Μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι,

δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι,

Virgilius lib 2. Georg.

[H]uc pater O Lenæe, tuis hic omnia plena
[M]uneribus, tibi pāpineo grauidus autūno
[F]loret. &c.

[Ca]menæ). Nouem Muſas poëtæ finxerunt, quæ à [s]uauitate cantus, Camenæ: à Pïeria regione Ma- [ce]doniæ, Pïerides: à matre Mnemoſyne, Mnemo [ni]des dicuntur. Heſiodus in Theogo. Ver. 1. Muſæ vnde dictæ.

κλειώ τ᾽, εὐτέρπη τε, θάλειά τε, μελπομένη τε,
τερψιχόρη τ᾽, ἐρατώ τε, πολύμνιά τ᾽, οὐρανίη τε,
καλλιόπη θ᾽ ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασῶν.

[P]rima ob gloriam & celebritatem rerum geſta[ru]m Clio nuncupatur. Secunda παρὰ τοῦ εὐτέρπειν *[q]uod eſt delectare, Euterpe. Tertia Thalia vel [à] voluptate, ac laſciuia cantus, vel à virēdo ger[m]inādoq́;, quòd Veneris naturâ teſte Plinio, cū[ct]a in terris producantur. Quarta Melpomene, à [ca]nendo dicta. Quinta Terſichore* ἀπὸ τοῦ τέρπειν [το]ὺς χοροὺς *id eſt delectandis choreis. Sexta Era[to] vel ab amoribus canēdis, vel quod cantus ab [o]mnibus deſideretur. Ouidius.* Thalia vnde dicta.

[N]unc Erato: nā tu nomen amātis habes. Et [V]ilis amatorie, vilis mihi candida Clio.

Septima Polymnia ab carminum laudatione a multitudine. Octaua Vrania, à firmamenti vel cœli circuitione atque vertigine. Nona vocis suauitate atque dulcedine Calliope appellatur. Hanc nonnulli philosophorum, Dialecticam inuenisse, ac hominibus monstrasse existimãt, vt tradit Iamblichus philosophus Platonicus, epistola ad Dexippum : Reuera (inquit) Deus quispiam fuit, qui Dialecticam hominibus monstrauit, & cœlitùs dimisit: siue vt nonnulli dicunt doctus Mercurius, qui manibus Dialecticæ symbolum gestat, nempe dracones se mutuo inspicientes : siue vt illi contendunt, qui semper in philosophico studio primas tenuerunt. Calliope maxima natu Musarum constantem orationis firmitatem, quæ redargui non potest blanda grauitate excellentem, mortalibus exhibuit: Hæc ille.

Calliope Dialecticã hominibus monstrauit.

Ver. 2. *IN SACRA) In sacra, hoc est in donaria. Nam donaria significant & ipsa dona, & templa vbi reponuntur dona quæ Deo offeruntur: qua de re nõ mediocrem inter eruditiores viros Seruium Honoratum, & Laurentium Vallam subortam nouimus discordiam: hic siquidem pro templis tantum, ille verò pro donis intelligit. Sed tam pro templis quàm donis, accipi posse, exemplis ex primæ notæ scriptorum monumentis, desumptis, contra illorum sententiam breuiter*

Authoris cõtra Seruium & Vallam sententia.

iter docebo. Vergilius libro tertio Georgico.

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad ſacra boues Iunonis: & vris,
Imparibus ductos, alta ad donaria currus.

Gellius libro ſecundo noctium Atticarum, cap. 10. Vbi reponi ſolent, vetera quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſe donaria conſecrata: & Apuleius vbi donarium deæ perquam opulentum plurima auri & argenti ratio, in lancibus, ſpectaculis, poculis, & huiuſmodi vtenſilibus. Iuſtinianus in § ſacræ res, titul. in Inſtitut. de rerum diuiſione. Sacræ res ſunt, quæ rite per pontifices Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & donaria quæ rite ad miniſterium Dei dedicata ſunt. Porro donarium, & pro donis accipi poſſe, Spartianus author eſt, qui ſcribit Antonium populo dediſſe congiariū & militib. donariū. Macrobius ornamenta verò inquit ſunt clypei coronæ, & huiuſmodi donaria. Idem Iuſtinianus docet, in l. Sancimus. C. de ſacroſancta Eccl, Sancimus nemini licere ſacratiſsima atq; arcana vaſa, vel veſtem, cæteraque donaria quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt: quum etiam veteres leges ea quæ iuris diuini ſunt, humanis nexibus, non illigari ſanxerint, vel ad venditionem vel hypothecam, vel pi-

gnus trahere, sed ab ijs, qui hæc suspicere ausi fuerint, omnibus modis vindicari. &c.

GARMEN). Carmen hoc loco non accipitur,
Ver.2. *pro vno vel duobus versibus, sed pro toto hoc libro, quemadmodum & tota Aeneis Virgilij. Carmen heroicum dicitur, & carmen Bucolicum, vt.*

Tale tuum carmen, nobis diuine poëta.

MOESTA quidem mœstos tentat inire modos.
Ver.6. *Boetij illud, lib. 1. de consolatione philosophiæ imitatus est. Flebilis heu mœstos cogor inire modos.*

CONCITAT INFESTA) Indicata materia,
Ver.9. *& diuini numinis inuocatione facta, ordinem quem in his duobus libris obseruaturus est, proponit, primo autem homo fortunam grauiter accusat, deinde fortuna multis diuersisq; querelis exagitata, se defendit, tum philosophia vt iudex intercedit.*

Ver.14. *PALLADE). Pallas palladis dea* ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ *id est à vibranda hasta, vel à Pallante gigãte interempto dicta, Iouis filia, sine matre fuit. Nam cùm Iupiter, Iunonem vxorẽ sterilem esse videret à Vulcano acutissima securi, diuiso sibi capite edidit Palladem armatam, & cum armis tripudiantem, clypeũ concutientem, & quasi quodam furore cõcitam, vnde veteres*

Pallas ex capite Iouis nata.

(vt

(vt locupletiſsimus teſtis eſt Macrobius libro primo in Somnium Scipionis) numerum ſeptenarium quia ex ſolius monadis fœtu & multiplicatione proceſsit, Palladē vocitabant. Lucanus libro nono.

Hanc & Pallas amat patrio quæ vertice nata eſt. Ouid. 3. Faſtorum.

An quia de capitis fertur ſine matre paterni
Vertice cum clypeo proſiliſſe ſuo:

Hæc etiam dicitur Minerua, quòd vim minetur, vel quòd neruos minuat, ob ſtudiorum laborē, vt tertio de Natura Deorum ſcribit Cicero. Et Bellona, quod belli inuētrix & princeps fuerit. Et Tritonia à Tritone Africæ palude, apud quam, vt author eſt Diuus Auguſtinus, regnāte Ogygio, primùm virginali facie apparuit,

DE SEDE SOPHIA.) Priſcianus in libello de accentibus, barbariſmum eſſe exiſtimat, ſi quis Sophia penultima breui dixerit, quam ſententiam, hoc loco poëta noſter ſecutus eſt, quemadmodum & Mancinellus, Nicolaus Ferettus, Ioannes Laſcaris vir in omni doctrinarum genere excellens, & natione græcus, qui hoc græco carmine Archyropolum laudauit, quod Maioranus Laſcaris diſcipulus ſic vertit. Pag. 6. Ver. 1. Priſciani de ſophia ſentētia.

Hoc Archyropolus, patria procul alta Sophiæ
Dogmata qui coluit, conditur in tumulo.

ET MOERORE TRAHENS) Cū nihil ſit

Ver.7. vehementius, ad commouendos iudicum animos, quàm si quis lachrymetur, & de iniuria sibi illata conqueratur, homo causam dicturus, vt iudicem in suam partem, & sententiam rapiat ac propellat, primo vim lachrymarum profudit, tum querelas de ruina sui casus, de triplici somniorum aduersitate, de die ortus sui, inertia mortis, iniusticia, & inuidia fortunæ, ex ordine proponit.

Ver.17. CERNITE IACTVRAM.) Beneuolentiam captat à sua persona, incommoda quæ ei acciderint, proponens & Iudices prece & obsecratione humili rogans, vt sibi sint auxilio,

Ver.20. Statera quid significet. AEQVA STATERA) Statera propriè significat, instrumentum quo res sine bilancibus ponderantur: metaphoricè autem lignum vnde iuncto fune, & alligata mula, currus trahebatur: priori modo sumitur hoc loco ab authore: posteriori verò, si Domitio Calderino credimus, apud Papinium, libro quarto syluarum.

Dum pondus nimium quærens sub alta
Repit languida quadrupes statera.

Pag.8. Ver. 14. AN DOMINANS HVMOR) Somnia ex spirituum vaporumque concursu, atque agitatione fieri, author est Plato, qui si crassi & densi fuerint, aut nulla somnia animo obuersantur

ſantur, aut confuſe ac obſcurè ea mens diiudicat, atque diſcernit, quod temulentis accidit, aut quos arctior ſomnus, ex laßitudine complectitur. Nam vt Cicero ait Platonem ſecutus, ſi ea pars animi quæ rationis eſt particeps, ſomno ſopita langueat, atque altera pars immoderato potu ac cibo obſtupefacta, viſa quædam obijciuntur dira atque horrenda, vt videatur feras hominesq́ue trucidare, atque impiè cruentari, multaq́ue facere impurè, cum temeritate atque impudentia: vnde fit quod temulentis ac febricitantibus abſurda ſomnia obuerſari ſolent, adeò vt plerique horrenda ſpectra, ſe videre exiſtiment lemures, ſtriges, harpias, & quod melancholicis commune eſt, cadaueroſas facies, vultusq́ue horribiles, & ſubtriſtes: in quibus verò bilis flaua abundat, faces, cædes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mente concipiunt. Vt ſanguinei tripudia, cantilenas, iocos, riſus, ac laſciua quæque. Pituitoſi largã aquæ copiam, aut arma, aut res horrendas. Sin autem corpus optimè fuerit conſtitutum, ac nullis morbis quibus vita humana expoſita eſſe ſolet obnoxium, non aliũde ſomnia, q̃ ex diurnis actionib. prouenĩut. Nã cuicunq; operi interdiu, homo intẽtus fuerit & occupatur, reſoluto in ſomnũ corpore, eorũ reminiſcitur quæ diurna luce egerit, appeti

Quæ cauſa ſomniorũ ſit iuxta platonem.

uerit,

uerit, aut metuerit quod cuiq;, pro ſuo vitæ inſtituto euenire venuſto carmine oſtendit Claudianus.

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeßa thoro dum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaq́; nocturnis, meta cauetur equis.
Gaudet amans furto: permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaq́; largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguis gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus innumeris ſollicitare ſolet.

Pag. 10. Ver. 2. *SAEVIOR ENSE IOAB.) Ioab principis militiæ Dauidis acta, deſcripta ſunt, lib. 2. Regũ capite 2. 3. 11. 14. & 19. item lib. tertio Regum cap. 2.*

Pag. 11. Ver. 1. *QVID FVRIS INVIDIA) Elegãter hunc locum expreßit Virgilius.*

Fortuna potẽs tantum
Iuris atrox quæ tibi vendicas,
Euertisq́; bonos, eligis improbos
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat,

Indi-

Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes & retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit transit ad impios.
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat,
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica:
Nec quos clarificat, perpetuò fouet:
Nec quos deseruit, perpetuò premit.
Plura apud Senecam in Hippolyto actu tertio.

MALAGMA.) Fomentum est ad rem duram molliendam, nam malagmata contusa, & cuti imposita, abundè emolliunt. Ver.3. Malagma quid.

PRODIIT IN MEDIVM) Singula quæ homo fortunæ obiecit, elegãter hoc loco à fortua diluũtur. Ver.19.

TERQVE CAPVT QVATIENS) Elegans descriptio est à corporis ornatu sumpta, qualis etiã ista 4. Aeneidos Didonis habitũ describẽs. Ver.23.

Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamidem circũdata limbo,
Cui pharetra ex humero crines nodãtur in aurũ.

Descripto fortunæ ex habitu.

Sic Cicero act. 7. in Verrem: Stetit soleatus prætor P.Ro. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore, &c.

PECTORA NE FICTAE MOVEANT.) Insignis hæc est fortunæ ad philosophiã exhortatio, qua monet iudicis officium esse, iuxta id quod æquum & iustum est iudicare, non autem

lachry-

lachrymis, non fletibus commoueri, aut preci bus calamitosorum illachrymari oportere. Id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit, quod eleganter I. C. in l. obseruandum ff. de offic. præsidis docet: Obseruandum, inquit, est ius reddenti vt in adeundo quidem se facilem præbeat, sed contemni se non patiatur: vnde mandatis adijcitur ne præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur: sed & in cognoscendo neque excandescere aduersus eos, quos malos pu tat, neque precibus calamitosorum illachryma ri oportet. Id enim non est constantis, & re cti iudicis cuius animi motum vultus detegit: & summatim ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis ingenio suo, augeat.

Pag. 13 Ver. 1. *FALSA VOCOR.) Homo fortunam fal sitatis accusauerat: cui obiectioni fortuna hoc lo co occurrit, docens se dona ex gratia, non autem ex debito conferre, cùm ea quæ ex debito conferuntur, non dona, sed tributa sint censenda.*

Pag. 14. Ver. 2. *PALMA PETIT FORTES) Palma, ante laurū, peculiariter Phœbo consecrata fuit, & victoriæ symbolum, ob hanc solam causam,*

quòd

quòd singulare quiddam huic arbori inesse videatur, quod fortibus viris, & certaminum victoribus peculiariter conueniat. Etenim si pondus, quantumuis graue, (vt Plutarchus octauo symposiac. refert) palmæ super imponas, quamuis grauiter vrgeas, si onus sustinere nequit, non deorsum cedet, sed aduersus pondus insurget, & obluctabitur. Theophrastus multa de palmæ tũ natura, tum dignitate libro, de plantarum historia, secundo, capite octauo & libr. tertio capite quinto, item libro quarto cap. 6. & alijs aliquot locis disserit. Plinius quoque libr. 16. cap. 42: pondus, inquit, sustinere validæ, abies, larix etiam, intransuersum positæ: robur olea incuruantur, ceduntque ponderi. Illæ remittuntur, nec temerè rumpuntur, priusque carie quàm viribus deficiunt: & palma arborum valida in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur, palma è contrario fornicatur. Hæc ille. Nulla abijcit folia, quare ἀείφυλλος vocatur. Eius 360 species à Babylonijs literis traditæ sunt. In summa tanta ei dignitas fuit, vt in sacris certaminibus præter diuersas coronas diuersis victoribus propositas, etiam singulis palma adijceretur. Est & inter cunctas arbores macrobia. Consimili ratione gloriã fortiũ virorum nõ par est senescere: quò spectauit Orpheus cùm

Palma arbor quare victoriæ sit symbolum.

dice-

diceret ζῶον δ' ἶσον ἀκροκόμοισι φοινίκων ἔυνοισι. hinc illa egregia eius epitheta ἐμπιδόφυλλον & ἀείφυλλον. Itaq; palma per se nõ victoriã signat, sed arborem, & metaphoricè Horatius.

Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ.

Ver.7. *INFIMA SI SVMMIS æquauero.) Similitudo est, qua obiectioni de inuidia ad hunc modũ occurrit. Si fortuna eam ob causam inuida diceretur, quod hunc extollat, illũm deprimat, insignem minuit, obscurum auget: merito etiam duo clarissima orbis luminaria Sol, & Luna inuidiæ insimulari poßint. Nam Sol cum ad nostrum verticem peruenit, aßidua rapidißimaq; mundi vertigine ad Antipodes delabitur, & Luna modò curuata in cornua, modò æqua portione diuisa, modò sinuata in orbem maculosa, eademq; subitò prænitens, immenso orbe plena, ac repentè nulla conspicitur.*

Pag.15. Ver 6. Plato parcis vitæ humanæ spacium tribuit.

QVAS PLATO FATALES.) Plato humanæ vitæ spacium tribus deabus fatalibus attribuit Clotho scilicet, Lachesi, & Atropo. Clotho dextra manu attingit, ac simul vertit externam fusi vertiginem, ex quadã temporis intermißione. Atropos autem sinistra manu internas eodẽ modo. Lachesis verò vtrasq; ex parte vtraque attingit. Sunt autem hæc aßimulata nomina, ad naturam eorũ quæ torquendo inuoluta sunt, & vim immutabilem efficiunt: nã vt Plato ait ne-

eceßitatis hæ filiæ ſũt, & æquali ſpacio colloca
e in throno fati, ſeu neceßitatis, albis veſtimẽ
s, coronato capite, & digitis torquent fuſum,
 hamum ex adamante factum, & canunt ad
armoniam cæli præterita, præſentia, & futu-
. Cicero parcas Erebi, & Noctis filias fuiſſe
ribit, & eaſdẽ fata eße exiſtimat: vnde eſt il
d Cleanthis,

Ducunt volentem fata, nolentem trahũt.

Martialis eas lanificas ſorores appellat.

i mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos vox habet iſta Deos.

Plura vide apud Platonẽ in Dialogo 10 qui de
epublica ſeu Iuſto inſcribitur.

MAGNVS ERAT TOTO FRIDERIcus) Ver. 19.
xmplo Friderici Imperatoris docet, eos qui
d ſummũ dignitatis faſtigiũ peruenerunt, ſub
a fortunæ vicißitudine corruiße. Fuere au-
m in hoc Imperatore, egregiæ animi corporis-
ue virtutes: namquè rei militaris peritißimus
uit, corpus laborum non minùs patiens, quàm Friderici Imperatoris virtutes.
renuum, animus audax ad pericula ſubeunda,
ullo vnquam labore defeſſus, nullis caſibus vi
us, linguarum peritus, regij ſplendoris & or-
atus ambitioſißimus, quod vrbs Parma ab eo
ndita oſtendit: ſiquidẽ in ea vrbe fuere, quæ
nquam principes habuerint, nulla poſteà ci-
itas viderit: nam per ſingulos pene dies, ex

Aphrica, Asia, Mauritania, Aegypto, noui homines, veste varia & prætiosa, diuersis moribus sunt visi: animalia etiam vidit vrbs Victoria, quæ post Theatrales Romæ Ludos Italia nõ viderat, elephantes, pantheres, leones, pardos, vrsos albos, canes magnitudine horribiles, cicuresque diuersi generis. Tanta insuper incolarũ frequentia, commertia etiam multarum gentium aucta, vt nihil ad amplißimæ vrbis formam deeßet. Verùm has ingentes in imperatore virtutes animus subdolus, varius, perfidia & sæuitia in pontifices obscurarunt: sed deum vindicem supremum habuit. Parma per eius absentiam illi adempta fuit, & dum eam rursus obsideret, à Gregorio Montelongo legato, eruptione est victus, atque in agrum Cremonensium fugit, neque tamẽ vrbem intrare ausus fuit, cuius ciues magno numero apud Victoriam occisi fuere: deinde exercitu reparato, Placentinis bellum intulit, filiumq; Entiũ in Lombardiã misit, qui cũ Bononiensib. pugnans, ab ijs captus est, & ferreo carceri inclusus post aliquot annos vitã finiuit. Fridericus verò cùm multa frustra experiretur, in Apuliã cõtendit, vbi breui morbo, vel vt alij volunt, veneno extinctus est, Anno 1250. cùm annos duos ac triginta imperio præfuißet.

Friderici mors.

Pag. 16. Ver. 1.

GALLICA CONCVTIENS) *Aliud subijcit exemplum, de quo plura vide apud superiorum temporum historiographos.*

MOR-

MORROEAE PRINCEPS) Tertium exẽ- Ver.14.
lum, de subito casu principis Morrœæ.
OLA DECVS) Plato quatuor nobilitatis Pag.17.
pecies cõstituit, vna est, cũ progenitores præ- Ver.1.
tantes & boni & iusti fuerũt, tũc ex his natos
obiles esse dicunt. Altera est, si maiores poten
es & principes fuerũt, tunc ex his genitos nobi
es appellant. Tertia est, si maiores celebris no Plato. 4.
inis fuerũt, velut ab imperio militari aut cer- nobilitatis
aminib. in quib. coronati sunt. Nã & eos qui species ponit.
x his nati sunt nobiles dicim⁹. Quarta species
st, si quis ipse magno ac generoso animo prædi-
us fuerit, & hæc præstantissima nobilitas est,
uæ etiã hoc loco ab autore philosophiæ tribui-
ur. Neq; enim ea vera censenda est, quæ in opi
us cõsistit aut maiorũ opinione nititur, sed illa
ua quis per se animi magnitudine excellit: Vn
e præclarũ D. Friderici dictũ extat, qui ab ali
uo rogatus, vt eum nobilitaret: respõdit, exi
nere de plebe te possum, sed nobilitare non pos-
um, ostendẽs non eã verã esse nobilitatẽ, si quis
er ebriam fortunam, opes magnas cõsequatur,
& propterea se suspici, coli, venerariq; velit.
VI SIT EI PRIAMVS) Priamus hic Ver.12.
ro quolibet nobili, Achiuus pro quolibet
gnobili accipitur. Fuit Priamus Laomedon-
is regis filius, ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, quod est emo, Priamus xnde dictus.
ictus: nam cùm Laomedon pater, ab Her-
ule esset occisus, Priamum redemptum vici-

nis hostibus, in paterno regno restituit. fratrē habuit Thitonum, ex eodem patre natum, vnde & ἀμφιπάτορες dicebantur, ex eodem sciliet patre Laomedonte nati, sed matribus diuersis, Priamus ex Leucippe: Thitonus vero ex Strymo, vel, vt alij, Rhæo, quæ Scamandri credita fuit.

Ver. 13. COELICA PROGENIE) *Philosophia inde cœlica dicta est, quòd omnis sciēti a è cœlo, & ab ipso deo descendat: Constat enim Mineruam, quæ mater omnis sapiētiæ eße perhibetur, è summi Iouis capite natam esse ac prosilijsse: vel cœlica dicta, quod mentes nostras à contemptu rerum humanarū ad cœlestes & Dei Opt. Max. contemplationem inducat, qua de re infrà pluribus.*

Philosophia quare cœlica dicta.

Ver. 19. *VVLNERA VVLNERIBVS*) *Comparatio est: quēadmodum vulnera alijs vulneribus, iuncta, maiorem acerbioremq; dolorem concitant: ita etiam aduersi succeßus, qui post fœlices & prosperos cōtingunt, grauiores ac molestiores esse solent.*

Pag. 18. Ver. 6. *SIDERE VIS ETENIM*) *Docet incommoda quæ homini eueniunt, diuina prouidentia nō autem vi & influentijs astrorum fieri: quod vt rectius intelligatur operæprecium fuerit latiùs aliquanto hic ea commemorare, quæ ab astrologis disputantur. Hi alias ἀγαθοποιοὺς id est beneficas, alias κακοποιοὺς id est maleficas esse aiunt. benefi-*

[bene]ficus est Iupiter, & ♀ & ☽ maleficus ♄ ♂ [&] ☉. ☿ autem modò beneficus modò maleficus, [e]t ad harum naturam omnium aliorum siderum [f]acultates, ac vires referre consuerunt. Hoc lo[c]o duo quæri solent: primo sint ne stellæ euentu[u]m aliquorum causæ, de quo ἀποτελεσματικοὶ so[le]nt ita loqui, vt causas illas faciant, cùm effice[r]e & decernere aliquid aiunt: quomodo & Plo[ti]nus quoque respondit, in libro qui inscribitur, [an] faciant astra: nihil nimirum eorum vi ac po[te]state hominibus euenire, sed que decreti ne[ce]ßitas, in singulis sancit, per horum septem tran[si]tum, statione receßuue monstrari: & Horati[u]s ad Leuconem scribens, sapientem de futuris [a]nxium, ne mathematicis obseruationibus con[fi]dat, admonet, cùm solius Dei sit præscire fu[t]ura.

Plotinus quid de astris senserit.

[T]u ne (inquit) quæsieris, scire nefas, quem mi[h]i quem tibi
[F]inem dij dederint Leuconoë: nec babylonios
[T]entaris numeros, vt melius, quicquid erit [p]ati,
[S]eu plures hyems, seu tribuit Iupiter vltimam
[Q]uæ nunc oppositis debilitat punicibus mare
[T]yrrhenum. sapias, vina linques, & spacio [b]reui
[S]pem longam reseces, dum loquimur, fugerit [i]nuida

Aetas carpe diem, quam nimium credula po-stero.

Secundo quæri solet poßintne stellæ licet minu-tißimæ, humano generi esse nocentes, quod ijd[...] ἀποτελεσματικοὶ negant. Omnes namque aiun[...] fœlices eße, & toti mundo salutares, cur ergo la[...]dere aut prodesse putant? quia id quod propri[...] efficere solent in diuersis naturis diuersum sor-titur effectum: eße autem effectio statuitur pro-pria ♃ & ♀ & Lunæ coagmentationis & in-crementi, Saturni ♄ & ☉ dißipationis & e-uersionis: neq; illa tñ omnibus bona, neq; hæ[...] mala eße reperiuntur: largitur ♃ opes etiam ☉ dignitatem: Venus gratiam, etiã ☿ virtu-tem & celeritatem, Luna bonam valetudinem ♂ robur animi, ita vt verißimum illud sit di-ctum ἀνὴρ δ' οὔποτε φαῦλος ἐπὶ τὸν ἀγαθὸν τόπον εὗρε[...] Venus benefica fuit in Paridis genesi, sed is suc-cessus qui huic contigit, capitalis fuit tam Pari-di quàm alijs plurimis. Nonne Saturnus (hoc namque educatio apud Chironem sibi velle exi-stimatur) virum fortem fecit Achillem, & an-te hunc aureum vellus donauit Iasoni? Quid A-lexandri fortia facta? Nonne martia fuerunt, at finis vitæ, qui secutus est morbum ebrietate contractum, venereus fuit.

Ver. II. *NON BENE CORRECTVM) Postquam philosophia multis rationibus ostendit hominẽ*

non

non vi & influentijs astrorum, sed diuina prouidentia cuncta incommoda perpeti, idem agere perseuerat, docens eas perturbationes quas sustinemus partim ob peccata nobis euenire, partim etiam vt deus intelligat quàm æquo animo aduersos casus feramus: nam quidam in maximis successibus ita sunt elati, ac tantum prauis affectibus indulgent, vt de aduerso successu nihil cogitent, quem, si forte patiantur, æquo animo ferre non possunt. Rectè igitur Plutarchus mihi dixisse videtur, principes solem imitari debere, qui cùm ad Boream ad summum fastigium ascenderit, tardissimè mouetur, vt securitatē cunctatio efficiat: ita vult principes in summo fastigio & maximis successibus modestiores & contentiores esse, ne elati fortunæ fauore, & sibi præfidentes, obtēperent prauis affectibus, & sese ac magna imperia euertant, vt fecerunt Pompeius, Antonius, & alij quamplurimi. Plutarchi sent entia.

EVIGILES IGITVR) Exhortatio Christiana est, qua admonemur vt non in terrenis atque humanis rebus spē cogitationum nostrarum defixam habentes, sed oculos & mentem erigentes, admirabiles istas ædes dijs immortalibus sacras cōsideremus atq; cœlestium corporum assiduos contēplatores nos præstem⁹. Illa enim sempiterna sunt, nec morbo aut senio cōsumi possūt: Pag. 19. Ver. 11.

hæc verò fluxa, decidua, morbis, casibus, mortiq; exposita, atq; obnoxia

AETHERIS HVIC FACIES) *Anaxago-*
Ver.13. *ras æthera dictũ existimat à græco* αἴθειν, *quòd igneus sit & incensus. Plato in Cratylo ex quatuor his deducit, videlicet* ἀεὶ θεῖ ἀέρα ῥέων. *Aristoteles verò* ἀπὸ ἀεὶ θεῖν, *quòd semper & perpetuo motu circa polos mũdi moueatur: corpus inquit, circulare quod semper currit, simul diuinum quippiam eße opinantes ætherem nominari statuerunt: idem in libello de mundo* οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι, πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλασμένην, στοιχεῖον ὀυσὺν ἑτέρων τῶν τεσσάρων ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον.

Pag2.20. *QVID MERVERE PATRES*) *Omnes qui*
Ver.1. *in Christo piè volũt viuere, neceße est, vt ab impijs & dißimilibus patiantur & dispiciantur tanquam stulti & insani, sic Iob magnus ille & generosus veritatis pugil magnas ac graues calamitates perpeßus est, nam ignis dei cecidit è cœlo, & tactas oues puerosq; consumpsit: ipse tamẽ deum adorauit, & dixit, nudus egreßus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomẽ domini benedictum.* (Iob inuictus fuit.) *hic aduersarium omnibus congreßibus prostrauit: hic vicibus & plagis ad oßa penetrantibus acce-*

acceptis permansit inuictus. Hũc neq; mors pro sternere potuit, neq; à tergo inuadere: instar e- nim firmissimæ columnæ, aut incudis inuictus præstitit, per omnem ætatem subigens & pro- sternens aduersarium.

INSONS FRATERNI) Subijcit historiam Iosephi, qui anno ætatis 17, inuidia fratrum vẽ ditus, cùm ad annos 30 peruenisset, princeps Ae gypti constituitur, in qua duobus filijs Ephra- im & Manaße procreatis, mortuus est CX na- tus annos. Eius autem ossa Moses auexit secũ. Iureiurando enim Ioseph filios Israëlis adegit, his verbis: Omninò inuiserit vos Deus. ossa ita- que mea vobiscum auferetis. Hæc Suidas. histo ria extat in libro Geneseos. Ver. 15. Iosephus 17. ætatis anno venditus

CARCERE) Carcerem à coërcendo dictũ Grã- matici opinantur, quòd ibi εἴρκει hoc est septo sint clausi vndiq; ne exeant. Sunt & carceres, numero multitudinis repagula, à quibus in cer- taminibus cursus initium dato signo fieri cõsue uit: Græcè βαλβίδες. Finis spacij, meta dicebatur vnde prouerbium natum est, ἀπὸ τῆς βαλβῖδος, à repagulo, siue à carceribus ad metam: quoties i- nitiũ negotij alicuius vsque ad finem significa- mus. Ver. 21.

MILITE) pro militibus, Synecdoche, ex vno plures. Ver. 25.

REX HVMILIS NATI) grauissimum illud

Ver.26. Pag.20. Dauidis peccatum, deus punire volens, illum ad maximas calamitates & miserias adegit, filio Absolone cruenta ac hostilia arma capescente.

Deus dauidẽ puniuit.

Pag.21. Ver.3. HELIAM VOLVIT) Non immunis quoq; calamitatum esse potuit diuinus ille propheta Helias: is namq; cum multis beneficijs regẽ Achab affecisset, tamen sæuissim⁹ rex impias suas manus ab innocenti sanguine non continuit, quin illum hostiliter per deserta incultaq; loca persequeretur.

Helias quanta fuerit passus.

Pag.23. Ver.9. PROH PVDOR) Exclamatio est, cùm tot sancti viri, tantas ac tam diras persecutiones euitare non potuerunt, merito dicere possumus probitatem exulare, improbitatem imperium sibi in mundo vendicaße. Veteres quatuor ætates prodidere, auream, argẽteam, æneã, ferreã: aurea Saturno regnãte fuit, incorrupta, integra & nullis vitijs infecta. tũc mortales sãctißimè sine vllis legibus vixerunt, sua sponte fidem, iustitiam, & æquitatem, seruarũt, non bella nouerunt, victus non exquisitus, nõ operosæ delitiæ, sed arborum fagi & quercus fructus fuerũt & quæ terra inarata & inseminata ferebat.

At postquam fugato Saturno, & in Italiam ad Ianum profugo, Iupiter dominari cœpit, paulatim omnia rerũ mortalium in deterius labi, leges conscribi, terra arari, seminari, stercorari, humanæ gentes difficulter sub imperio esse volue;

luerūt. Atq; hāc quidē tēpestatē quæ Iouis seculo paulo fuit deterior, argenteā appellarūt, horū omniū descriptio elegās extat apud Hesiodū in lib. ἔργα καὶ ἡμέρας qui quartam etiam recēset heroum: & apud Ouidium.

Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub Ioue mūdus erat, subijtq; argētea proles,
Auro deterior, fuluo pretiosior ære &c.

& subijcit

Tertia post illam successit ahænea proles,
Sæuior ingenijs, & ad horrida prōptior arma,
Non scelerata tamen. De duro est vltima ferro:
Protinus irrumpit venæ peioris in æuum
Omne nefas: fugere pudor, verumq; fidesq;,
In quorum subiere locum fraudesq; doliq;
Insidiæq;, & vis, & amor sceleratus habēdi. &c

QVID NON CONTEMPTRIX) Quod pri- Pag. 21.
orib. exēplis demonstrauerat, pios ac sanctos vi- Ver. 11.
ros multa aduersa perpeti, ac sustinere, idē nunc probat exēplo Christi saluatoris nostri, qui etsi nullū facinus fecerat, neq; inuētus esset dolus in ore eius: tñ Iudæi infideles, & duræ ceruicis homines, hunc maximū opificē rerū, fontem bonorum, parentē omnium, hunc factorem authoremque viuentium, illudere ac crucifigere non desti terunt, flagellis eū verberatū duxerunt, & pri usquā cruci affigerent, illuserunt: indutū enim coloris punicei veste, ac spinis coronatum quasi

regem

regem salutauerunt, & dederunt ei cibum fellis, & miscuerunt ei aceti potionem. Post hæc cõspuerunt in faciem eius, & palmis ceciderunt. Cumq; ipsi carnifices de vestimentis eius contẽderent, sortiti sunt inter se de tunica & pallio. Et cũ hæc fierent, nullã vocem ex ore suo, tanquam si mutus esset, emisit. Tum suspenderũt eũ inter duos noxios medium, qui ob latrocinia dãnati erant, cruciq; affixerunt. Hæc Lactantius cap.18.lib.4.

Ver, 27. *QVID TANTVM QVERERIS)* *Fortunam quinque modis philosophia excusat. primo cùm homo nudus sit natus, ac ne pilis quidem tectus nedum vestibus, quod itẽ cæteris animantibus contingit, atque omnia quæ habet fortunæ fauore poßideat, poterit ea quæ dederit pro libito mutare ac repetere. vnde elegãs est apud Aesopũ fabula de caluo quodã, qui cũ mentitos crines gereret, & equo veheretur, subito turbinis ventus, crines de capite sustulit, ac risus statim magni præsentibus excitãtur: & ille mutuo risu ad eos inquit: quid mirum si crines qui non erant mei à me receßerint? illi quoq; recesserunt, qui mecum fuerunt nati: hoc indicans Aesopus non debere nos contristari ob opes amissas. Quod enim nascentes à natura non accepimus, non potest nobiscũ perpetuò permanere. Secundo, quòd licet fortuna multa pro libito*

Aesopi de caluo quodam, fabula, & quid significet.

libito auferat, non tamen omnia secũ rapit. Tertio cùm fortuna, natura sua inconstans, ac mutabilis sit, nõ mirũ videri debet, si modò hũc, modò illũ extollat. Quarto nullus mortaliũ, tã iustus, tamque pius est, qui fortunæ nõ subsit imperio. Quinto siue fortuna prospera, siue aduersa sit, semper tamen commoda quædam adducit: nam prospera efficit vt deum hymnis & odis laudemus: aduersa vt peccata vitemus. mens enim miserijs obruta cũ in terris nullũ refugium habet, tandem ad Deum patrẽ misericordem confugit. *NIL ADIMIT*) Expreßit hoc epigramma παλλαδᾶ.

γῆς ἐπέβην γυμνὸς θ' οὕτως ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι Pag. 12. Ver. 1.
καὶ τί μάτην μοχθῶ γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος?

quod ita vertit T. Morus.

Nudus vt in terram veni, sic nudus abibo.
Quid frustra sudo funera nuda videns?

VISVS CVM CAECAM) Quoniam de fato multa disputat hoc loco poëta, repetã paulo altius opiniones veterum, quo melius faciliusque omnia intelligantur. Plato vnum cõstituit deum rerum omnium parentem ac principem, cuius nutu, vi, ac potestate, ipse mũdus, ac cuncta, quæ mundi tegũtur circunflexu, administrãtur, maximi vero dei iussa legesq́; prorsus eße ineuitabiles, vnde & illud ab ipso vsurpatũ: Neceßitati ne deos quidẽ resistere: quæ vero ab astris regun- Pag. 24. Ver. 14. Variæ de fato sententiæ.

reguntur, talia interdum esse, vt euitari pruden tia, labore, industriaq́; possint, in quo sita est for tuna: quæ verò certis definitisq́; causis progrede rentur, ac fixa permanerent, id fatum nominari, quod tamen necessitatē non afferebat electio- nis. Nā multum in nostra potestate situ͂ est, quid optemus, quid faciamus, sed vbi incepimus cæte ra sunt fati, veluti integrum fuit Laio, vt Euri pides dicebat, gignere filiū, at vbi genuit, æquo animo ferenda illi fuerunt, quæ erāt ab Apolli- ne prædicta. Epicurus hæc omnia ridet, omniaq́; casu fortuitu, sine vllis certis definitisq́; causis fieri arbitratur, aut si quædā sunt causæ non es- se præter declinationem atomi. Aristoteles li. 2. περὶ ἀκροάσεως φυσικῆς, : cæteriq́; Peripatetici, in ter quos Alexander Aphrodiēsis: fortuita sunt, inquit, quorū finis non est ab agente actioni præ finitus, vt si quis fodiens thesaurū inueniat, for tuna est, cùm non hoc ille agebat, vt thesaurum inueniret, sed vt fossam foderet: itē si quis ad fo rum emendi gratia accesserit, ibiq́; debitorē in- uenerit, qui sibi pecuniam debitā persoluat, for- tuna est, cùm hoc ille agebat, vt aliquid emeret, non vt pecuniam reciperet. Nec defuere, qui pu tarunt cœlum & vniuersam hanc mundi machi nā fortuita atomorum cōcursione effectam esse: cætera quæ in mundo hoc inferiore fiunt, ab alijs causis efficientibus existere. Atq; huius opinio

nis

nis autores fuiſſe Democritum & Leucippum autor eſt Cicero li.1.de Natura deorum ſic ſcribens: Iſta enim flagitia Democriti ſiue etiã antè Leucippi corpuſcula quædã leuia, alia aſpera, rotunda alia, partim angulata, curuata quædam & quaſi adunca, ex his effectum eſſe cœlum atq; terras nulla cogente natura, ſed concurſu quodam fortuito. Quidam verò, cœleſti ſidere fortunã natam volunt, vnde quoſdam planetas vt Iouem, Venerem, fortunatos, quoſdã verò vt Saturnum, Martem, infortunatos, Mercurium cum bonis bonum, cum malis malum dixere: vulgus verò fortunam vocat cæcam, temerariam, ſine vlla cauſa, incertam, inſanam, brutam, vt inquit Pacuuius, & fatum cum neceſſitate coniunctum conſtituunt, ac tale vt non tantum in deos, ſed ipſum quoque principem omnium, & fataliumlegum conditorem Iouem ius ac poteſtatem habeat: quod oſtendit verſiculus ille.

Quod fore paratum eſt id ſummum exuperat Iouem,

Poëtæ id cõfirmant. Nam apud eorum principẽ Homerum conqueritur Iupiter, quòd charũ ſibi filiũ Sarpedona, quẽ fata coëgerant mori, eripere à morte non poſſet: & Neptunus quòd reditũ Vlyſſis in patriã impedire nõ poſſet, vt Cyclopẽ

filium

filium vlcisceretur, quoniam satis decretũ erat illum in Ithacam reuersurum: & apud Ouidũ idem Iupiter.

Tu sola insuperabile fatum
Nate mouere potes:

& post.

Quæ neque concursum cœli, neque fulminis irã,
Nec metuunt vllas tuta atque æterna ruinas.

Ver. 18. STIRPE TVVM) Nunc suã de fortuna sententiam subiungit, docẽs eam nec deam esse, vt falso vulgus putauit, nec cœli causam efficientẽ vt opinatus est Democritus, vel è cœlesti sidere ortã, vt existimat Ptolomæus, sed à diuina prouidentia originem ducere, qua omnia tum superiora, tum inferiora moderantur. Nam deus ea quæ facienda disposuit, per fortunam temporaliter administrat: vnde Boëtius. deus disposuit, fato hæc ipsa, quæ disposuit materialiter ac temporaliter administrat.

Quid autor de fortuna sentiat.

Pag. 26. Ver. 11. HINC INFAME TVVM MIHI NOmen) D. Augustinus lib. primo de ciuitate dei: diuina, inquit, prouidentia regna constituuntur humana: quod si quisquã propterea fato (pro quo hic fortuna accipitur) tribuit, quia ipsam dei voluntatẽ fati nomine appellat, sententiã teneat, linguã corrigat. Quòd vero autor fatũ, seu diuinã ꝓuidentiã, fortunã appellat, carminis & metri ratione factum est, quemadmodũ & apud Ouidi

[O]uidium lib. 4. de ponto eleg. 12.

Lex pedis officio, fortunaq; nominis obstat,
Quaq; meos adeas, est via nulla, modos.
Nã pudet in geminos ita nomẽ scindere versus,
Desinat vt prior hoc, incipiatq; minor.
Et pudeat, si te qua syllaba parte moretur,
Arctius appellem, Tuticanumque vocem.
Et potes in versum Tuticani more venire,
Fiat vt è longa syllaba prima breuis.
Aut vt ducatur, quæ nunc correptius exit,
Et sit porrecta longa secuuda mora.

Porro Apuleius in dogmate Platonis prouidentiam ita à fato distinguit, vt prouidentiem dicat esse diuinam scientiam, conseruatricẽ prosperitatis eius, cuius causa tale suscipit officiũ: diuinam legem esse fatum, per quod ineuitabiles cogitationes dei, atq; incœpta complentur, vnde si quid prouidentia agitur, id agitur etiã fato, &c.

PRO TE NOSTRA) Cùm veri & incorupti iudicis officium sit secundum allegata & probata iudicare l. illicitas § veritas ff. de officio præsidis l. officum ff de Rei vendicat. philosophia quoque homine nullis validis rationibus causam suam comprobante, fortunam absoluit. Ita & in oratione pro Cluentio Cicero: est sapientis, inquit, iudicis meminisse se hominem, cogitare sibi tantum esse permissum, quantum Ver. 21.

cōmiſſum ſit ei, & creditū & nō ſolū ſibi ſoli poteſtatē eſſe datam, verumetiā fidē habitā eſſe meminiſſe: poſſe quē oderit abſoluere, quem non oderit cōdēnare, & ſemper nō quæ velit ipſe, ſed quid lex & religio cogat, cogitare, animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Cùm hæc ſunt videnda, tum illud eſt hominis magni, iudicis atq; ſapiētis habere in cōſilio legē, fidē, religionē, æquitatē: libidinem aūt & inuidiā, metū, cupiditates oēs amouere: maximi æſtimare cōſcientiā mētis ſuæ, q̄ à dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt: idē. 3. Officiorū. cū iudici dicēda ſententia eſt, meminerit ſe deum habere teſtē, id eſt mentē ſuā qua nihil homini dedit ipſe deus diuini⁹. Plura de iudicis officio apud eundē in oratione pro Rab. Poſthu. pro Fōt. pro Cecinna. 4. 6. 7. Act. in Verrem, & 3. Offic.

Pag. 27. Ver. 9. VIRTVTEM ALLOQVITVR) Philoſophia virtutē cōmendat, quòd hæc vna ſit altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquā vlla vi labefactari poteſt, nunquā dimoueri loco, neq; naufragio neq; incendio amitti, nec temporum perturbatione mutari: vnde Iſocrates ad Demonicū

Iſocrates. Forma, inquit, aut ſenio conſumitur, aut morbo defloreſcit. Diuitiæ vitiorum magis quàm virtutis miniſtræ ſunt, cum quod licentiā ſocordiæ largiūtur, tū quod adoleſcentes ad voluptatē auocāt

vocant: Robur cũ prudẽtia coniunctum sanè prodest, sed sine hac plus ijs qui vires habent, obest: & vt eorum corpora qui se exercent ornat, sic tenebras mẽtis exercitationibus offundit: At possessio virtutis, in quorũ animis syncerè vna cũ ætate accreuerit, sola nec in senectute deserit, opib. præstãtior, nobilitate vtilior. Nã quæ alij desperãda putãt, ea facit vt obtineri possint: quæ alijs horrẽda vidẽtur, magno aĩo subit: desidiã in vitio ponit, laborẽ laudi sibi ducit. Hact. Isoc.

OMNIA FERT SECVM SAPIENS) Ver. 9.
Biantis hoc fuit dictum, cuius patriam, cùm hostes cepissent, cæteriq; ita fugerent, vt multa de suis reb. auferrẽt, ipse admonitus vt idẽ faceret. Ego, inquit, idẽ facio. nam omnia mea mecũ porto. Huius meminit Cicero in paradoxis his verbis. Nec non sæpe laudabo sapientem illum Biantem, vt opinor, qui enumeratur inter septẽ sapientes, cuius cũ quidã patriã cepisset hostis, cæteriq; ita fugerent, vt multa de suis reb. secum asportarent, cũ esset admonit⁹ à quodã vt idem ipse faceret: ego verò, inquit facio: nã omnia mea mecũ porto. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiã bona. (Biantis dictũ)

HAS SVBITVS TVRBO) Turbo est ventus qui ex vehementi, & quasi ꝓfundiore specu, depressæ nubis erũpit, sed haud perinde alto atque procella, verũ cum fragore maiori quo proxima (Ver. 25. Turbo quid.)

quæque ſecum abripit. idem vt ait Plinius, cùm ardentior & accenſus fuerit πρηστὴρ *vocatur* ἀπὸ τοῦ πρήθω *amburo. nam contracta pariter amburit & proterit.*

Ver. eodem. *IN ORAS) Ora extremitas rei cuiuslibet eſt, vt ſunt regionum terrarumq́; fines.*

Pag. 28. Ver. 5. *EFFICIT ÆRVMNIS) Id elegãter expreſſit Seneca in Hercule furente.*

Nunquam ſtygias fertur ad vmbras
Inclita virtus, viuite fortes,
Nec lethæos ſæua per amnes
Vos fata trahent, ſed cùm ſummas
Exigit auras comſumpta dies,
Iter ad ſuperos gloria pandet.
Plura Lucanus Lib. nono bel. ciuil.

Ver. 8. *VVLNERA) Vulnus non ſolùm dicitur de læſa ruptaq́ue ab ictu carne, ſed de quolibet ictu. etiam metaphoricè in rebus inanimatis.*

Pag. 28. Ver. 15. *DVX HOMINVM VIRTVS INVICTA) Virtutem à quatuor eius formis cõmendat, & primo à iuſtitia: ſi enim iuſta eſt, ergo & prudens, & temperans, & fortis, iuxta id quod in prouerbio eſt.*

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἔστιν

id eſt.

Iuſtitia in ſeſe virtutem amplectitur omnem.

Secundo à fortitudine. Tertio à *prudentia: Ariſtoteles nullam virtutem abſq; prudentia eſſe pu-*

[m]utauit: negat tamen omnem virtutem esse pru[d]entiam, cùm sint habitus diuersi: At Socrates [o]mnes vitutes esse scientiam dicebat, vnde hic [à] Græcis versiculus refertur.

[γ]ὰρ φρονῶν ἓν πάντα συλλαβὼν ἔχει

Quarto à temperantia, quod veras & solidas nō [t]emporaneas voluptates pariat. Temperantia, [i]nquit Seneca, voluptatibus imperat, alias odit, [a]lias abigit, alias dispensat & ad sanum mo[d]um redigit.

INSPICIS ASSIDVA) Hinc ca[n]it Lucilius Ver.21.

Virtus scire homini quidnam vtile, quid sit ho-(nestum.
Quæ bona quæ mala: item quid inutile, turpe, in honestum.
Virtus querendæ finem rei scire modumq;
Virtus diuitijs pretium persoluere posse,
Hostē esse atq; inimicū hominū, morūq; malorū:
Contrà defensorem hominum, morumq; bonorū
Has magnificare, his benè velle, his viuere amicum.
Commoda præterea patriæ sibi prima putare:
Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

TVTIVS ARMA TEGVNT) Ar Pag.29.
ma instrumenta omnia propriè dicuntur, qui- Ver.12.
bus in gerēdis rebus quisq; in suo opere vtitur: [s]ic fossorum arma sunt ligo, pala: rusticorum ara

trum, rastrum, occa: sutorum, acus, subula, &c. atq; ita in cæteris

Ver. 25. *ACIES ALTISSIMA RERVM)* *Acies hoc loco pro lumine oculi accipitur, vt apud Lactantium lib. de opificio Dei: acies enim id est, membrana illa perlucens, quam siccari & obarescere non oportet, nisi humore tersa purè niteat, obsolescit. nonnunquam tamen pro instructione exercitus sumitur vnde Virgil. Georg. 2.*
Et campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies

Pag 30.
Ver. 17. *NON HAEC TERRESTRIS) Quoniam hoc loco author de veterum philosophorũ opinionibus disserit, locus postulare videtur, vt illas quò cuncta magis in aperto sint, altiùs repetẽtes, paulo vberius explicemus. Epicurus, à quo Epicurei, à doctissimis quibusq; contempti, nominati sunt, homo mollis & voluptarius, instar pueri delicati, sine arte, sine literis, insultãs in omnes, sine authoritate secum pugnans, non tam facetus quàm ad iocandum liber, vltimum bonorum in voluptate posuit, idq; sensibus indicari, & commoneri dixit, vt ne argumentandũ quidem de eo sit. Zeno Citteus ex Cypro insula Stoicorum princeps, & pater, homo acutus, verecundiam & libertatem loquẽdi amans, summũ esse bonum censuit, cum natura congruenter viuere. Aristippus Cyrenaicus voluptatem non*
modò

modò summam sed solam etiã dicit, quam omnes
nam appellamus voluptatem, idq; ex eo intelli
i volebat, quòd omne animal simulatq; natum
st voluptatem adsciscat, vt summum bonũ, &
eprobet dolorem vt summum malum. Xenocra-
es Aristotelis discipulus, tametsi hebeti & tar
do esset ingenio, ita tamen virtutem exaggera-
uit, cætera contempsit, vt in ea nõ beatam modò
vitam, sed etiam beatißimam esse diceret. Pole-
mo Atheniensis, in adolescẽtia quidẽ voluptua
rius, & impudicus, Xenocratis oratione de tem-
perantia conuersus, summum eße bonum dixit,
secundum naturam viuere. Theophrastus vir o-
ratione suauis, & moderatus, in sola virtute nõ
putauit positum eße beatè viuere: è contra Car-
neades Cyrene⁹, qui in nouis Academicis quar
tus ab Arcesila numeratur, virtutem dicit satis
habere ad beatã vitam præsidij. Antiochus ve
rò Philonis auditor, in vna virtute positã ait be
atã vitã sed nõ beatißimã. Diogenes Babyloni⁹
magnus & grauis Stoic⁹, id bonũ esse dicit quod
esset natura absolutũ. Panætius Rhodius, disci
pulus Antipatri, solũ id præcepit eße bonum,
quod honestum sit: quæ autem huic repugnent
specie quadam vtilitatis, eorum neque acces-
sione meliorem vitam fieri, neque discesione.
Dionysius qui Metathemenus appellat⁹ est, finẽ
aßeruit voluptatẽ. Nã cum in oculorũ dolorẽ in-

 cidis-

cidisset, eo crutiatus acriter, dolorem dicere noluit indifferentem. Democritus Milesius beatã vitam in rerum cognitione posuit, quam ex inuestigatione naturæ consequimur, vt simus bono animo. Id enim illud summum bonum euthymian & sæpe acatian appellabat, id est securitatem, quæ est animi, tanquam trãquillitas, & animus terrore liber. Herillus Zenonis auditor scientiam summum bonum esse voluit, nec rem vllam aliã per se expetendã. Hieronymus Rhodius cùm à Peripateticis, quos sequi videri volebat, in ijs rebus quæ secundum naturam essent, posuisset non dolere, hoc summum esse bonum dixit. Aristo Chius finem dicebat esse, ita viuere, vt neutram in partem inclinares, in ijs quæ eßent inter virtutem & vitium interiecta, nullo modo discrimine interiecto, vt in omnibus eodem modo sis affectus. Peripatetici, non virtutẽ tantùm ad fœlicitatem sufficere, sed ad complendos omnes vitæ beatæ numeros: corporis quoq; integritatem sanitatemq́; & honestum modũ formæ, & pecuniam familiarem, & bonam æstimationem, cæteraq́; omnia corporis, & fortunæ bona necessaria esse docet Gellius li.18.ca.1. Calipho verò perpetuũ decretũ fuisse dixit ad honestatem voluptatem adiungi oportere vt author est Cicero lib.2. & 5. de Finibus, & 5. Tusc. vbi omnium fere sententias de summo bono enu-

no enumerat. Quæramus, inquit vnamquamque reliquorum sententiam si fieri potest, vt hoc præclarum quasi decretum beatæ vitæ possit omnium sententijs, & disciplinis conuenire. Sunt autem hæ de finibus, vt opinor, retentæ defensæq; sententiæ. Primum simplices quatuor, nihil bonum, nisi honestum, vt stoici: nihil bonũ nisi voluptatem, vt Epicurus: nihil bonũ nisi vacuitatem doloris, vt Hieronymus: nihil bonũ, nisi naturæ primis bonis aut omnib. aut maximis frui, vt Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc igitur simplicia, illa mista tria genera bonorũ, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, vt Peripatetici, nec multo veteres Accademici secus: voluptatẽ cum honestate Clitomachus, & Calliphо copulauit. Indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit. Hæ sunt sententiæ quæ stabilitatis aliquid habẽt. Nam Aristonis, Pirrhonis, Herilli, nonnullorumque aliorũ euanuerunt.

TABVLA OPINIONVM DE SVMMO BONO EX LIBRO QVINTO TVSCVL. ET 2. de Finibus & Laertio in Vitis Philosophorum.

Sententiæ de bonorū & malorum Finibus, quæ stabilitatis aliquid habent, sunt septem.	*Quatuor simplices.*	*Nihil bonum nisi honestum.*	*Stoici à Zenone profe-Eti, Cicero.1.2.3.de Fi-nibus.5.Tusc.3.Offic.*
		Nihil bonum nisi voluptatem.	*Epicuri ab Epicuro. Ci-cero 1.2.& 3.de Fini-bus. Dionysi. Metathe-menus. Laertius lib.7*
		Nihil bonum nisi frui primis bonis à natura datis aut omnibus aut maximis.	*Carneades.5.Tusc.Ci-cero.*
		Nihil bonum nisi vacare dolore.	*Hieronymus. Cicero 2. & 5. de Finibus.*



Tres

Tres mistæ.

- Tria bonorum genera. Animi, corporis, externa: — Academici & Peripatetici veteres. 5: Tusc. Cicero.
- Voluptatem cum honestate copulari. — Clitomachus. Callipho Cicero 5. Tusc. 2. & 5. de Finibus.
- Indolentia honestati adiecta. — Diodorus Peripateticus. 5. Cicero Tuscul.

Ex secundo de Finibus septẽ quoque.

- Tres honestatis species.
  - Aristippi vel Epicuri. — Voluptas.
  - Hieronymi. — Doloris vacuitas.
  - Carneadis. — Frui principijs naturalibus.
- Tres in quibus virtus & honestas cum aliqua accessione ponuntur. — Palemonis Calliphontis Dinomachi, Cicero 5. de Finibus. Diodori Peripatetici.
- Vna simplex, posita in decore tota & honesto. — Zenonis Stoicorum patris.

PLA-

Ver. 27. *PLATONIS IDEA) Quid Plato per ideas intellexerit, non satis inter authores conuenit. alij insignitas quasdam, & tanquam impressas in mente Dei notiones, eum intellexisse asserūt, in quas Deus opifex respicit, vt ea quæ hic sunt, iuxta principes illas effigies condat. Alij non tam notiones eum intellexisse, quàm veras substantias, naturasq; intelligentia præditas (ad quas eodē modo quippiā effecturus intueretur) extra mentē ipsius seposuisse affirmāt. Atque has Ideas Aristoteles cum in Metaphysicis, tum maximè libro primo de Demonstratione cap.10. labefactat, ac destruit:* Ideas, *inquit, hoc loco valere iubeamus. Nihil enim quàm nugæ, & quasi inanes cantiones sunt, & si sint nihil ad hanc nostram disputationem pertinent. Ita & primo Academi. Cicero: Aristoteles, ait primas species, quas antè dixi labefactabat, quas mirificè Plato erat amplexatus, vt in his diuinū quiddam inesse diceret. Quod si igitur opifices notitias, Idearum nomine Plato intellexisset, Philoponus putat Aristotelem nunquam tam acriter in eum fuisse inuectum, cùm ille in Metaphysicis easdem cum Platone agnoscat: inquit enim, ordinem illū qui in mundo est nō à se esse, sed ab eo ordine, qui est in opifice existere, perinde vt ordo is, qui est in exercitu, non ipse à se est, sed ab eo ordine, qui est in imperatore, du-*

citur.

citur. Idē Ammonius testatur in Porphyrij Isagogen sic scribens: nō enim per seipsas separari possunt, quales formas ante multa posuit Plato, hasq́; simpliciter opificis notiones nō esse astruit, verum substantias quasdā quæ intelligentia vigēt, in quas vult opificē respicere, vt ea quæ hic sunt, iuxta principes illas effigies condat.

VLTERIVS TAMEN EST) Docet vltramundanam beatitudinem, quæ fluxa, & momentanea est, esse aliquā cœlestem & perpetuam, quæ sola gratia Dei obtinetur. Pag.31. Ver.11.

DIVO SVCCENSA CALORE) Per calorem charitatem intelligit. Nam charitas patiens est, & benigna, vt primo Corinth. 13. Paulus docet. Si linguis, inquit, hominū loquar & angelorum, charitatem non habeam, factus sum velut æs sonans, & cimbalum tinniens: & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferā, Charitatē non habuero nihil sum: & si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Charitas patiens est & benigna, &c. Ver.25.

PPOTENDIT) Verbum protendit hoc loco positum est, pro profert, & recenset. Pag.32. Ver.15.

ALVMNOS) Alumnus non solùm qui ali- Ver. eodem.

alitur, verumetiam qui alit dicitur. Seruius pro educato, & educatore ponit ab alendo deductum nomen. Alitur autem quis victu, aut moribus aut disciplina, vnde Cicero Dolabellæ: mihi verò, inquit, gloriosum, te iuuenem consulem florere laudibus, quasi alumnũ disciplinæ meæ. Et Curtius. lib. 7. Oro quæsoq; ne humanarum rerum terminos adeuntem commilitonem vestrum, ne dicam regem, deseratis.

Ver. 26. *QVAESTIO NOTA SATIS) Est enim hæc quæstio, à græcis pariter, & latinis hominibus fusissimè tractata, quorum variæ opiniones extiterunt, quas ex ordine deinceps recenset. Sunt verò inter se antitheta nota satis non dubitata parum, quæ orationem mirificè illustrant.*

Ver. 27. *TAM VARIOS RERVM CVRSVS) Aggreditur nunc philosophia disputationẽ de prouidentia diuina, qua omnia, quæ cœli continentur ambitu, moderantur. Sed priusquã id ostẽdere conatur, varias philosophorum de ea re opiniones enumerat, vt apertiùs dilucidiusq; quid statuendum sit, intelligatur. Democritus, Epicur⁹, & antè Protagoras, qui Deos, in dubium vocauit, & posteà Diagoras, qui prorsus exclusit, alijque nonnulli, cũ nullos eße Deos putarent, nec prouidentiam esse dixerunt. Auerroes cœlestia dini-*

diuina prouidentia: inferiora casu quodam fortuito regi, gubernarique putabat. In qua sententia Aristotelem quoque fuisse prope dixerim (pro certo tamen nolim dicere) Hic siquidem libro 2. de naturali auditione, aduersus Democritum & Leucippum disputans, qui totum hoc vniuersum fortuita atomorum concursione effectum esse aiebant, cætera verò quæ in mundo hoc inferiore fiunt, ab alijs causis efficientibus existere, putat rationi eße dissentaneum, res viliores (quales sunt animātes, & plantæ) nobilioribus causis, vti naturæ ac menti, tribuere, cætera verò quæ diuina sunt, casui ac fortunæ. cùm melius foret vt ea quæ circum terras fiunt casui attribuerentur: cœlestia verò ac diuinæ naturæ corpora, maiori aliquo cōsilio esse instructa, causisque excellentioribus regi, propterea quod cœlestibus nec fortuna, nec temeritas, nec vanitas vlla inest, sed omnis contrà veritas, constantia & ratio, quibus carent omnia ea quæ intra lunā sunt, mediumque hunc globum tuentur. Rabi Moyses philosophus Indorum, cùm superiora diuina prouidentia, inferiora casu fortuito administrari aßerebat, hominem tamen excipiebat, quòd is solus ex omnibus animantibus à Deo rerum omnium parente, ac principe, cœlestis sit formatus, cætera vniuersa terrena. Hunc ad cœli contemplationem rigidum,

erex-

erexerit bipedemq; constituerit, scilicet vt ea spectaret, vnde illi origo est.

Pronaq; cùm spectent animalia cætera terram:
Os homini sublime dedit, cælumq; tueri:
Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.

Nec defuere qui putarent, à diuina prouidentia eodem modo & bona, & mala proficisci. Stoici diuinam prouidentiam connexionem statuunt primæ causæ, & secundarum causarum, imponẽs absolutam, & ineuitabilem necessitatem rebus fatalibus. Hinc sunt illæ voces fatum esse immutabile, fatũ ineluctabile, fata regũt homines certa stant omnia lege: fatum nec ignis, nec ferreus murus arcere potest: fatum inexorabile, insuperabile, immotum, ferreũ &c. Et Plato in dialogo de Repub. vel de Iusto, dicit, Parcas filias Fati sedere æquali spacio collocatas in throno Fati siue Necessitatis, albis vestimẽtis, coronato capite, & digitis torquere fusum & pensum Necessitatis ex adamante factum, & canere ad harmoniam cœli, præterita, præsentia & futura: animas verò nascentium ascendere ad thronum Necessitatis, & ibi sortiri fata ex genibus Lachesis sumpta. Execranda igitur est hæc stoica necessitas, quæ & in deum contumeliosa est, & nocet moribus, & vitæ hominum. Si enim fati est, (vt Epiphanij verbis vtar) sapientem & prudentem fieri, ratione præditum nasci, & sine

tione, & alia omnia, ceſſent leges. dominatur im fatum adulteris, & alijs. Magis autem pœ m dabunt ſtellæ, quæ neceſsitatem imponunt quis coactus facit aliquid. Ceſſent ſcholæ, qui- cant Sophiſtæ, Rhetores, Grammatici, Medici alię ſcientiæ, & multitudo mechanicarum tium, & nemo amplius doceat ſi ex & fato nō literarum doctrina contingit hominibus ſci- tiarum ſuppeditatio: Si enim fatum eruditū eloquentem fecit ne diſcat quis ex doctore, d ex natura accipiant cognitionē Parcæ quæ amina voluunt, Et digni memoria ſunt ver s Homeri Odiſſea. α. Homerus

πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
ἡμέων γάρ φασι κακ᾽ ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
ῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσιν.

Dij quàm falsè mortales numina cœli
cuſant, cauſasq́; ſibi fontemq́; malorum
vobis pendere putant, caſusq́; nefandos:
ed nihil eſt, ſua nam pereunt ob facta ſceleſti
Ac præter fatum cumulant ſibi corde dolores.

t Platonis eſt ſententia. Omnibus modis pu- nandum eſt ne quis dicat Deū eſſe cauſam ma- rum cùm ſit bonus. Nec permittendum eſt t hoc vel quis dicat in ſua Republica quæ ctè legibus adminiſtranda eſt, vel ſaltem audi t ſiue ſit iuuenis, ſiue ſenex, ſiue in carmine, ſiue ne carmine diſſerat. Nā non eſt pium ita dicere

H nec

nec nobis vtile nec ipsum dictum secum cong-
it. Plura in hanc sententiam Diuus Augusti-
nus scripta reliquit. Pythagoras cùm bruta di-
næ quoq; dispositioni subesse diceret, nefas e-
iudicabat ea occidere. Huius opinionem copio-
Ouidius lib. 15 Metamor. descripsit.

Pythagoras nefas iudicauit bruta occidere.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidæque in vitibus vu-
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamm-
Molliriq; queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur nec mella thymi redolentia flore
Prodiga diuitias alimentaque mitia tellus
Suggerit, atque epulas sine cæde & sangui-
præbet.
Carne feræ sedant ieiunia, nec tamen omnes.
Quippe equus, & pecudes armentaq; gramine
uunt.
At quibus ingeniū est immāsuetumq;, ferum-
Armeniæ tygres, iracundiq; leones
Cumque lupis, vrsi, dapibus cum sanguine gau-
dent.
Heu quantum scelus est, in viscere viscera cōd-
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpu-
Alteriusq; animantem animantis viuere læto
Scilicet in tantis opibus quas optima matrum
Terra creat &c.

Pag. 34. Ver. 5.

CVNCTA FERVNT.) Expositis ha-
ctenu-

enus varijs de diuina prouidentia philosopho
um sententijs, nūc quid ipse sentiat exponit, ni
irum Dei omnipotentis vi ac potestate cun-
a quæ in cœlo & terra sunt moderari, aliter ta Deus omnia
en hominibus quam brutis à Deo prouisum es gubernat.
. nam his vita æterna est proposita, illis tantū
onum temporale.

ORDINIS HAEC RECTI) Eorū Pag. 35.
ui existimabant hæc inferiora casu fortuitoq; Ver. 3.
dministrari, bipartitam fuiße sententiam au-
tor est Aristoteles lib. 2. περὶ τῆς ἀκροάσεως φυσι,
s. alij cœli effectricem esse fortunam, alij
umen eandem, quòd vis eius ignotior eßet, sta Iuuenalis.
uerunt. quod paßim secuti sunt poëtæ. Iuuena-
s Satyra 10.

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus fortuna Deam cœloq; locamus.

Et Pindarus fortunam Iouis filiā appellat. Vi-
e quæ suprà diximus.

MVSA PLATONIS AIT) Loc' apud Plato Pag. 3.
ē est in Thimæo qđ verò poëta noster se Plato Ver. 12.
icū profiteatur, cū tū plurima Aristo. præcepta
n hos libros trāstulerit, ob id forte factum est
uòd Plato propiùs ad nostrā fidem accesserit:
ā teste Iusti. Martyre in paraclesi ad gētes, &
Euseb. præpar. Euāg: & Theodo. de græcorū af
ectionib. Plato ex Hebræ. libris multa in suos
rāstulit. & Numenij phil. de illo erat dictum

Plato Moysis libros legit.

ὅτι πλάτων ἢ μωῦσῆς ἀττικίζων. *Quid est Plato n[...] Moyses atticißans? Et Aristobolus Iudæus a[...] Philometr. lib. 1. ſicut Euſebius citat: legem [...] quit noſtram in multis Plato ſecutus eſt: aper[...] namq́ue in multis diligenter examinaſſe ſin[...]gula videtur: moſaica enim volumina an[...] Alexandrũ & ante Perſarum imperium trad[...]cta fuerant, vnde plurima ſicut & Pythagor[...] philoſophus ille accepit.*

Pag. 37. Ver. 27.

ARTE QVIDEM MIRA) Rect[...] id quidem ſi quis id animo concipiat, cùm ante [...] nihil eſſet, tamen virtute atq; conſilio dei ex n[...]hilo tam pulchrum ac diuinum opus eſſe conſtr[...]ctũ: hoc philoſophi nõ intelligentes in varios a[...]uerſosq́; errores lapſi fuere.

Ariſtoteles mundum nec ortum nec interiturum putauit.

Ariſtoteles ſiquid[...] naturalibus rationibus ortus interitusq́; reru[...] dimenſus, mundum nunquam cœpiſſe ac nunqu[...] interiturum aſſeruit: fieri quippe minimè poſſ[...] putauit ſi perpetuum orbium cœleſtium motum [...] perpetuamq́; elementorum tranſmutationem c[...]ſideremus, mundum aliquando cœpiſſe ac finem [...] habiturũ.

Plato.

Plato verò qui cõtẽplationem agnitionemq́ue Dei, propiùs ſit viſus acceßiſſe, veritatem ex parte quidem attigit aliqua, ſed ſententiam ille ſuam quibuſdam implicuit obſcuritatibus & erroribus corrupit. Namq́; profeſſus mundum à Deo quidem eſſe factum, tamen ita fatetur interiturum, vt alius quidam mun-

dus

us priore extincto deletoq; renouetur. ita enim
ı Thimæo interlocutore vsus Critia loquitur.
Maxima quidem exitia aut ignis conflagratio-
e aut aquæ inundatione est prouenire necesse:
ninora verò alijs quibuslibet calamitatibus fie
i: & Paulò pòst. Fit enim longo interuallo tem
orum cælestis circuitus permutatio quædam
uam inflammationis vastitas necessario con-
equitur, tunc hi qui edita aridaq; loca incolunt
nagis pereũt quàm qui mari fluuijsq; sunt vi-
ini. Hæc Plato. Anaxagoras singulas res in
Chao ab æterno fuisse permixtas ac tandem diui
ıæ mentis efficatia, in ordinem fuisse redactas,
& ex ijs mundum esse compositum putauit. Hu-
us sententiam lib. 1. Metamor. eleganter expres
it Ouidius.

Anaxagoræ de mundo sententia.

Ante mare & terras & qnod tegit omnia cælũ
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos rudis indigestaq; moles.

Et Claudianus.

Principio magni custos clementia mundi
Quæ Iouis incoluit Zonã, quæ temperat Aethrã
Frigoris & flammæ mediam quæ maxima natu
Cælicolum. nam prima Chaos clementia soluit
Congeriem miserata rudem, vultuq; sereno
Discussis tenebris in lucem sæcula fudit.

Democritus infinitos mũdos ex fortuita atomo
rum concursione gigni dixit, eosq; atomos ma- Democritus.

gnitudine & numero esse infinitos, ferriq; in
to ac rotari, atq; ita concretiones omnes gign
re, ignem, aquã aërem, terrã, omniaq; hæc ex a
tomis quibusdam constare esseq; passioni & i
mutationi ob soliditatẽ minimè obnoxia: quo
cùm Anaxarchus discipulus, regi Alexand
referret: heu inquit, me miserũ qui ne vno qu
dẽ potitus sum. hoc malè habebat generosum r
gis animum quòd tanto labore, tot periculis,
vigilijs ne vnius quidem mundi imperiũ esse
Empedocles. consecutus. Empedocles vicissitudine quad
perpetuò alios mũdos ex alijs nasci existimaui

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα
Ἄλλοτε δ᾽ αὖ δίχ᾽ ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει. i.

Nonnũquã connectit amor simul omnia, rursu
Nonnunquam seiuncta iubet contẽtio ferri.

Heraclitus. Eadẽ opinio Heracliti quã Plato in Cratylo hi
verbis refert. Memorat Heraclit⁹ trãsire oĩa
neq; quidquã permanere. fluuiorũ fluctibus re-
rum vicissitudinem comparans. ait neminẽ flu-
mẽ idẽ ingredi bis posse quod assiduè pereat, hæ
nunc, alia suis locis.

Pag. 38. Ver. 1. NIL SINE CONSILII) Hinc Ho
ratius oda 12. lib. 1.

Qui res hominum ac Deorum,
Horatius Qui mare, & terras, varijsq; mundum
Temperat horis.

Idem oda. 4. lib. 3.

Qui

...ui terram inertem, qui mare temperat
...entosum, & vrbes regnaq; tristia,
...iuosq;, mortalesq; turbas,
...nperio regit vnus æquo. Seneca

Seneca in Hyppolito.

O magna parens Natura Deûm,
...uq; igniferi rector olympi,
...ui sparsa cito sidera mundo
...ursusq; vagos rapis astrorum,
...eleriq; polos cardine versas.
...ur tibi tanta est cura perennes
...gitare vias Aetheris alti?
...t nunc cane frigora Brumæ
...nuident siluas.



CYPRIANI A POPMA PHRYSII COMMENTARIA IN LIBRVM SECVNDVM HENRICI MEDIOLAnensis de Controuersia Hominis & Fortunæ.



VMINA MOX) Postquam philosophia diuina prouidētia cun
Pag.39. Ver.1. *cta gubernari docuit, hoc secundo libro totius vniuersi descriptionem*
aggreditur. Ac Primo de ordine & motu orbium cœlestium differit, tum proprios siderum effectus exponit. Postremò quæ in aere fiunt impreßiões, quas græci μετέωρα *vocāt & quæ in mari & terra cōtingūt, à diuina virtute moderari.*

IAM LIBET ALTITONANS)
Ver.3. *Deus dicitur altitonans græce* ὑψιβρέμετης *quod*
ex alto tonet. Cicero de diuinatione.

Nam pater altitonans stellanti nixus olympo

Hesiodus in Theogo. vbi de Promethei furto loquitur.

ὣς δὲ ἄυτως ἀνδρέασι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ver.5. Ζεὺς ὑψιβρεμέτης θῆκε &c.

HAEC ETENIM NORVNT)
Omnia quæ mundi ambitu circunflexuque tegun

guntur, non alij vſui, quàm ſpectaculo & admirationi ſacrarũ mentium fabricator orbis videtur deſtinaſſe, idque voluiſſe vt tantarum rerum varietate in medio operis ſui ſpacio, rationis capaces oblectaremur. nam mens hiſce dedita ſtudijs, non ea concupiſcit, quæ vilia ſunt: non illicitis diſtringitur curis: tantùm id quòd pulchrum, quod purum, quod diuinum eſt, dulci ardore amplectitur: & rectè. quis enim eſt qui contemplatione tam alta, tam vera non moueatur? Quanta quæſo voluptas animi eſt, non terras & maria ſolùm, ſed ſidera ipſa, cognatosq; cœlos peragrare, per tenuiſſima quæque aeris ſpacia celeri impetu volatuq; ferri, ac penetrare cuncta,

TEMPORE TER DENO) Inter terram cœlumq; eodẽ ſpiritu pendent, certis diſcreta ſpacijs, ſeptem ſidera, quæ ab inceſſu latinè errantia græcè πλάνηται dicuntur: cùm errent (vt Plini⁹ ait) nulla min⁹ illis. Chaldei verò ἑρμηνεῖς hoc eſt interpretes nominant, quoniam inceſſu proprio res futuras oſtendant, ac veluti deorum mentem interpretentur. Ex his ſummũ eſt, quod vocant Saturni ſidus ſic dictum quod ſaturetur annis: vnde & falcem ei attributam exiſtimãt quòd tempus omne metat, execet & incidat: vel quia ſe in deuorandis filijs ſaturauit. ex ſe enim natos comediſſe fingitur, eosq; poſteà euomu-

Pag. 40. Ver. 3.

Saturni ſidus ſummũ eſt.

uomuisse. per quod nihil aliud significāt poëtæ, quā eum tempus esse, à quo vicibus cuncta gignantur, absumātur, & ex se denuò renascantur.

Ouidius.

Tempus edax rerum tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte

Martialis lib. nono Epigram.

Quid non longa dies, quid nō consumitis anni?

Huic summum locum Naturā ideò tribuisse quidam existimāt, ne dum generi humano sit infestissimus (est enim gelidæ ac rigentis naturæ) cum aliquo incommodo afficiat: absoluit motū 30 annis, vel vt alij volunt, accuratiori obseruatione considerata 29. dieb. 162, horis 7. minutis 36. Multo inferior Iouis orbis est, & ob id motu celeriori 12 annis circūagitur, hic ab Astrol. fortuna maior dicitur, propterea quòd illi qui sub hoc signo nati sunt, facile ad exoptatos fines perueniant. Tertium Martis quod quidam Herculis vocant ignea ardentis solis vicinitate, binis ferè annis conuertitur, terris horribile ac humano generi infestissimum sydus, quod populationibus, tumultibus, seditionibus, humana omnia deuastat ac conturbat. hinc Pontanus.

Ciet hic turbato in pectore versans
Sanguinis ingētes æstus, & colligit iras.
Vnde auidus belli furor, atq; insania ferri,

Præ-

Præcipitant.

Ptolomæus hoc calidum & ſiccum ob ſolis vicinitatem iudicat, ideoque noxium, non æque tamen atq; Saturni ſidus, quòd nullam habet qualitatem vitæ conducentem. Deinde ſubter mediam fere regionem Sol fertur ampliſsima magnitudine ac poteſtate, nec temporum modò terrarumq;, ſed ſyderum etiam opifex cœliq́ue rector. hunc mundi eſſe totius animum, ac planius mentem: hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet opera eius æſtimantes: hic lucem rebus miniſtrat, aufertq́ue tenebras: hic reliqua ſidera occultat: hic vicem temporum, annumq́ue ſemper renaſcẽtem, ex vſu naturæ temperat, hic cœli triſtitiã diſcutit, atq; etiã nubila humani animi ſerenat, hic lumen cæteris quoque ſideribus fœnerat, præclariùs, eximiùs omnia intuẽs, omnia vt Homero placuit, exaudiẽs.

Ἠέλιός θ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις.

Mouetur duplici motu, vno quo ab oriẽte in occidentem. 24. horarum ſpacio motu primi mobilis circunfertur, altero quo ab occidente in orientẽ annuo ſpacio curſum abſoluit: vtriusq́; motus naturam copioſe Ouidius deſcripſit.

Ardua prima via eſt, & qua vix mane recẽtes
Enituntur equi, medio eſt altiſsima cœlo.
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe videre
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus:

Vlti-

Vltima prona via est, & eget moderamine certo:
Tunc etiã quæ me subiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Thetis solet ipsa vereri.

mox de altero.

Nitor in aduersum, nec me qui cætera vincit
Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.

Operæ precium est hoc loco & illud admonere, diuersam inter Ciceronem & Platonem de ordine planetarum eße sententiam. Cicero Solem in medio locatum & quartum obtinere locum existimat. contrà Plato à Luna secundum. Ciceronis sententia ex communi philosophorum doctrina desumpta est quæ stellas lumen à Sole habere defendit. Plato Aegyptios omnium philosophiæ disciplinarum parentes sequutus est, qui cùm viderent circulum per quem Sol mouetur à Mercurij circulo, Mercurijq́; à Veneris ambiri has duas stellas per verticem Solis ferri, easq́; supra Solem locatas putarunt. Hunc vt comites cõsequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. Venus annuo spacio motum absoluit, nec vnquã à Sole discedit duorum signorum interuallo, tũ antecedens, tum consequens, præueniens & ante matutinum exoriens græce φωσφόρος Latinè Lucifer appellatur, Matialis

φωσφόρε redde diẽ, quid gaudia nostra moraris?
Cæsare venturo φωσφόρε redde diem.

Aestiuis autem diebus consequitur, & Hespe-

rus

rus nominatur. hinc Virgilius
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.
Huius naturam, vt autor est Plinius li.2.cap.8. Pythagoras Samius primus deprehendit Olympiade circiter 42. qui fuit vrbis Romæ annus centesimus quadragesimus secundus. largiori magnitudine extra cuncta alia sidera est, claritatis quidem tantæ vt vnius huius stellæ radijs vmbræ reddantur: itaq; & in magno nominum ambitu est: alij enim Iunonis alij Isydis, alij matris deum appellauere: huius natura cuncta generantur in terris, namq; in alterutro exortu genitali rore conspergens, non terræ modò conceptus implet, verùm animalium quoque omnium stimulat. Signiferi autem ambitum peragit trecenis & duodequinquagenis diebus ab Sole nūquam absistens partibus atque quadraginta lōgius vt Timæo placet. Hæc Plinius de Venere. Simili ratione, sed nequaquam magnitudine aut vi proximum illi Mercurij sidus inferiore circulo fertur, nouem diebus ocyori ambitu modò ante solis exortum, modò post occasum splendens excitat in his inferioribus flatus, spiritus, eiusq; stellæ naturam, teste Ptolomæo, sequitur, cui cōiunctus fuerit. est ergo cum bonis bonus cū malis malus: dicitur lyram omnium primus ex testudine fecisse, & ingenijs præesse, atq; naturam aptam, idoneamq; studijs magis magisq; confirmare,

Pythagoras Samius Veneris naturā deprehendit.

Mercurius lyram primò inuenit.

mare. Horatius in primo carminum.

Te canam magni & deorum
Nuncium, curuæq; lyræ parentē.

ibidem.

Mercuri facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus & decore
More palestræ

Venerē Sole esse celeriorē & Mercuriū Venere ostendit.

Dubitarit forsan aliquis, quare hæc duo sidera Sole non sint velociora cùm minore contineantur circulo. Nam eò Saturnū annis 30. circūagi apparet. Iouem 12. Martē binis Solē singulis. & Lunam Mense, quod circa terrā circuitus angustiores sint. sed celeriorem esse Venerē Sole, ac Mercurium Venere dubium non est. nam Sol recta semita sub signifero mouetur, nec in hāc vel illam partem decurrit. Venus contrà nunc retroire nūc consistere, modo citra, modo vltra Solis viam discurrere inter eundū cernitur. quis ergo Venerem cui tot flexus lustrandi non Sole velociorem iudicet? Eadem in Mercurio ratio. nā quo tēpore semel retrogradū est Veneris sidus quod pœne singulis annis cōtingit, eo ipso spacio Mercurius ter mouetur, per oēs stationū progreßionūq; notas. ita vt rectè Lucanus dixerit,

Luna terris vicina in vltimo orbe conuertitur.

motuq; celer Cyllenius hæret

In infimo orbe Luna, radijs Solis accensa cōuertitur, incredibili celeritate vicenis septenisque die-

dieb. & tertia diei parte signiferi orbem peragrat, aliquādo ἑκάτη & Diana nūcupatur Virg.
Tergeminā hecaten, tria virginis ora dianæ.
Cynthia etiā & Delia dicitur à Cyntho Deli insulæ monte, in quo & Phœb. & Diana nati ferūtur. nonnunq̄ etiā Lucinia & Proserpina appellatur. Prudent. li. 1. contra Symmachum.
Terq; suas eadē nouit variare figuras,
Deniq; cùm luna est sublustri splendet amictu,
Quū subcincta iacet calamos, Latonia virgo est
Quum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx.
Imperitat furijs & dictat iura Megæræ.
Hæc tantam tamq; immensam in his inferioribus habet vim ac potestatem, vt maria magno impetu ad maximam quandoq; æstuent magnitudinem: hac crescente humores in animantiū corporibus abundant, ea decrescēte languescunt. quare ait Lucilius.
Luna alit ostrea & implet echinos murib. fibras
Et pecu adit.
idem Horatius lib. 1. Carminum.
Lubrica nascētes implet conchinia lunæ.
Refert tn̄ Gel. li. 20 noctiū Atticarū c. 7. cæpe decrescente Luna reuiuiscere, adolescēte inarescere eāq; causam esse cur Pelusiotæ cæpe nō edāt
Forma lunæ varia & multiplex cernitur, modò curuata ē in cornua, modò æqua proportiōe diuisa sinuuta in orbē maculosa, eadē subito prænitēs immēso orbe plena, ac repēte nulla, modò humilis

& excelsa, modò cælo admota & montibus cōtigua apparet, nunc in Aquilone elata tot mutationes subiens vt semper instabilis appareat.

Ouidius.

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest vsquam, semperq; hodierna sequente
Si crescit minor est, maior si contrahat orbem

Eudymion ex sententia Plinij lunæ cursum primo obseruauit.

Atq; hūc variū lunæ cursum, omniū prim⁹ Eudymiō vt placet Pli. vel Atlas Arcas, vel (vt alij) Libys obseruauit ac de ijs apud græcos disseruit eiusq; doctrinā Iopas memoriæ prodidit, quare illum Virgilius lib. 1. Aeneid. errores solis ac lunæ solisq; defectus canentem introducit.

Iopas.

Cythara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas,
Hic canit errantem lunam solisq; labores.
Vnde hominum genus & pecudes, vnde imber & ignes.
Arcturum pluuiasq; hyadas geminosq; triones

ETHON PYRROEIS LAMPVS EOVS ITER.

Pag 40. Ver. 18.

Poëtæ hos quatuor Solis equos esse finxerūt (Ouidius lib. 2. Metamorph.
Interea, volucres Pyrrœis Eous & Ethon
Solis equi quartusq; Phlegon hinnitibus auras
Flāmiferis implent, pedibus repagula pulsant)

Phaeton mūdū cōflagrauit.

atque Phaëtontem precariò à patre regendos accepisse & cùm currum paternum per insciti-am gu-

m gubernandi malè rexisset ac iam suprà in-
raque omnia conflagrarent, in Eridanum cur-
u elapsum & Iouis fulmine percussum.

TERQVE DVODENIS) Quot an- Pag.40. Ver.13.
is vertentibus, omnia astra ad idem vnde se-
nel profecta sint principiũ redeant, & eandẽ to
ius cœli descriptionem longis interuallis refe-
ant, variæ diuersæque Philosophorum fuerunt
ententiæ. Philolaus Crotoniata Pythagoricus
9. annorum circulis, hunc annum compleri exi De magno anno variæ & diuersæ sententiæ.
timauit. Callippius Corinthius Zenonis disci-
ulus, annorum 76. Democritus Millesius an-
orũ 82. Hipparchus celebris Astrologus 304.
Aegyptij 1361. perfici dixerunt. Aristargus
stimat annorum 2484. Aretes 5552. Herodo-
us & Liuius 10800. Dion 10984. Orpheus
entum viginti. Platonem triginta Sex anno-
um millibus existimasse id confici, nonnulli cõ
tãter asseuerãt: alij quindecim millibus, alij in-
nito annorum numero. Macrobius & Ioannes
le Sacrobusto, alijq; nonnulli, qui antecesserũt
hysici, 15. milibus contineri asserunt. Iosephus
n antiquitate Iudaica magnum annum sexcen
is annis solaribus definiuit. Ciceronem alij.
2954. alij 3000 definiuisse putant, cuius opini
nis meminit Seruius in carminis illius Vergi-
iani enarratione.

Interea magnum Sol circumuoluitur annum.

Ad hunc modum scribens: erat annus trigint[a] dierũ scilicet lunaris, vnde inuenitur in aliqui[bus] bus vita nongentorum annorum scilicet luna[rium] rium: posteà repertus est annus Solaris, qui e[st] duodecim mensium: post esse annum magnũ v[o]luerunt omnibus Planetis in eũdem recurrent[i]bus locum. Quod secundum Ciceronis Horte[n]sium continet. 1254. annos. Sed de hoc varia es[t] opinio Mentoris & Eudoxi & Ptolomæi, qui[a] idem Cicero in lib. de Natura Deorum eum p[u]tat esse trium millium annorum. Hactenu[s] Seruius.

SIDERA FIXA) Sidera non ideò fix[a]
Ver. 14. *dicuntur, quòd in eodem loco fixa hereant (mo[]uentur enim motu suorum orbium) sed quòd eo[]dem semper interuallo distent, eundemq́; situ[m] inter se perpetuò seruent.*

Ver. 15. *ATTAMEN IPSA TVA) No[]num orbem intelligit, quem & primum mobil[e] constituit, quo 24. horarum spacio, reliqui infe[]riores orbes circumuoluuntur. De numero aut[em] orbium, variæ multiplicesq́; philosophorum fu[e]runt sententiæ, alijs aliter sentientibus. Plato, Aristoles, Plinius, Cicero, propterea quod ijs cõ[]pertum nõ esset octauum orbem pluribus mouer[i] motibus, octo tãtum esse orbes crediderunt. Pto[]lomæus, Alphraganus, Alchibitius, Thelibæus, Sacrobustus, penitius orbium cœlestium natu[]ras*

Veterum sententiæ de numero orbium cœlestium.

us motusq; perscrutantes, ratione experientia-que simul edocti, nouem esse orbes voluerunt: observauerant namq; Octauum orbem duobus moueri motibus, quorum vnus ab oriente in occidẽtem, alter ab occidente in orientem circumagitur, ideoq; cùm vni corpori mobili vnus secundum naturam conueniat motus, fieri minimè potuit, illud esse primum mobile, quod duobus volueretur motibus, necessario itaq; aliud fuit cõstituendum mobile, cui secundum naturam motus ille ab occidente in orientem conueniret, cũ teste Aristotele motus omnis conueniens corpori præter naturam, sit alteri secundum naturam. Recentiores verò Astologi cùm octauum orbẽ & motu trepidationis seu accessus vel recessus diurna obseruatione ferri cõperissint, decimũ orbem addiderunt, cùm vnum idemque corpus vt ad terminum perueniat pluribus motibus distrahi nequaquam possit naturaliter, neque etiam violẽtè quicquam natura agit: sic igitur decimum globum authorem primi motus, nonum secundi statuerunt. Tertium qui 36000. ann. voluitur stellifero orbi tradiderunt. Proprius autem is cœli extremi motus est quo diurna vertigine conuertitur. decimũ orbẽ recentiores addiderunt.

SPHAERA ROTVNDA) Cœlũ in speciem orbis absoluti globatum esse, partim ex eo docet Aristoteles, quòd hæc figura cœlo sit Ver.16.

accõmodatißima, partim q̃d illi perfectißima debeatur figura: Eodem modo Plinius. Figura inquit, mundi sphærica est, non solum quia talis figura omnibus suis partibus vergit in sese ac sibi ipsi toleranda est, seq; includit & cõtinet, nullarum egens compaginum, nec finem aut initium vllis sui partibus, sentiens, nec quia ad motum, quo subinde verti debeat vt mox apparebit talis aptißima est, sed oculorum quoq; probatione quod conuexus mediusque quacumque cernatur: cum id accidere in alia non poßit figura. Hæc Plinius.

Cœlũ globosum esse probatur.

Ver. 24.

CONTVITV LAEDIT) Saturnum intelligit: is enim immanis crudelitatis est cùm proprios liberos dentibus laceret ac deglutiat. Fuit autẽ hic Saturnus (de quo multa antiquitas fabulosa tradidit) non è cœlo sed è Creta natus æqualis Belo, patri Nini. Sed cœli filius ob id creditus fuit, quòd à filio fugatus è Creta, cũ in Latium venißet, locorum indigenæ indolem & virtutem eius mirati, vt, cœlo demißum eũ venerati fuerunt. Vetustas enim eum cuius parentes ignoti essent, terra genitum credidit. Vbi in Latio Saturnus prima prudentiæ suæ rudimẽta edidißet, & quidem apud homines illos rudes, & ferarum more viuentes in truncis arborũ habitãtes facile consequutus est, vt cœli ac terræ fili⁹ crederetur. Honores illi & viuo & è re

Saturnus è Creta natus.

bus

bus humanis sublato summi habiti sunt. Ommẽ enim terram Saturniam dixerunt.

COMETES) Multæ cometarũ enumerantur species, quas hic recensere nimis tum lõgum tum operosum eßet. Spacium quo cernuntur septem dierum eße: longißimum 80. tradit Plinius. Alij errant, alij hærent immobiles, sed ferè sub septentrione Terribile sidus, quo vel venti significantur, vel insignes clades: vt bello ciuili inter, Pomp. & Cæsarem & Octauio Cons. motu ciuili: vel cædẽ principis, vt circa veneficiũ quo Claud. Cæsar è rebus humanis sublatus fuit. plura Aristoteles lib. 1. Meteor. cap. 3. Ver. 11. Cometarum species variæ.

NILI TITANIS) Quando Mercurius Soli & cani coniungitur, tunc Nilus exũdat atque ideò à Lucano dominus aquarum dicitur. Ver. 20. Nilus quãdo exundat.

dominus percußit aquarum

Quando verò noctes incipiunt crescere, quod fit cùm Sol intrat libram, Nilus reuertitur ad suũ alueum.

De Nili origine non benè inter scriptores conuenit. Herodotus Nilum ex Africa fluere, mediãque secare pari fere tractu arbitratur, quo Europam Ister bifariam diuidit. obseruatum autem est quod in Mauritania vbi niues imbresque eum satiarint exarescat: ac iam inde indignatus, quod per arenas fluat, condit se sub terra aliquot itinere dierum: ac mox ad Cæsariæ

Mauritaniæ gentem Massylum maiore lacu fa-ᴄto, rursum erumpit. Vbi verò Aethiopibus pro-pinquat, quasi iam sentiat mitiorẽ cultum, è fon-te prosilit: Ac deinde Aethiopiam ab Africa dirimens insulas aliquot facit, quarum clarissi-ma est Meroë, cuius Metropolis etiã Meroë vo-catur. postquam se aquis omnibus auxit, Nili nomen incipit vsurpare, & septem ostijs fertur in mare Aegyptiũ, Canopico, Bolbitino, Seben-tico, Phanitico, Mendesio, Tanico, & Pelusia-co. Plinius verò Nilum incertis fontibus oriri asserit: Nilus, inquit, incertis ortus fonti-bus it per deserta & ardentia, & immenso longitudinis spacio ambulans, famaque tan-tùm inermi quæsita cognitus, sine bellis quæ ceteras omnes terras inuenere. originẽ (vt Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mau-ritaniæ, non procul oceano habet, lacu protinus stagnante, quem Nilidem vocant: Hæc Pli-nius. Immensam eius magnitudinem explora-uit funibus multorum millium passibus conne-xis, Antiquissimus Aegyptiorum rex Psam-meticus, quibus in profundũ abyssum deiectis, vadum inuenire non potuit. Porro certis anni diebus magna inundatione ripas suas excurrẽs omnem terram fœcundiorem reddit. Huius in-crementi diuersæ ab authoribus causæ tra-duntur, de quibus alibi commodiùs dicemus.

Lit-

LITTORA) *Littus propriè de mari, ripa de fluminibus dicitur. Ouidius.* Pag. 41. Ver. 21.

Campoq; recepit.
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.

Quandoq; tamen littus de fluminibus dicitur. Virgilius.

Littora quæ dulces auras diffunditis agris

Sumitur quandoq; pro terra mari vicina, vt apud eundem.

Cui littus arandum &c.

VNDE DECOR NOCTIS PHOEBE) *Lunæ natura omnium animantium corpora maximè reguntur, & plenilunio maria purgātur: quid autem sit luna, quid Sol, variant doctorum iudicia. Cicero sempiternos ignes nūcupat ex quibus animus sit datus hominibus: idē Aegyptiorum philosophia confirmat & Maro li. 6. Aeneidos.* Ver. 25.

Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Poßidonius Solem purißimum ignem: Lunæ plus terræ esse admistū, affirmabat. Democrit' firmamentum ignitum, quod montes contineat, vocauit. Heraclitus, terram nebula circunfusam. Pythagoras, corpus igneæ formæ: quod & Plato astruit. Stoici igni & aëre mixtum.

Xenophanes, nubē strictā compressamq;. Anaximander circulū nouies decies terra maiorem plenum ignis, vt solis.

Pag. 42. Ver. 12. *TVNC PLENO PHOEBE) Quare autem luna à coitu modò maturiùs, modo tardiùs redit causæ tres sunt. Prima obliquitas signiferi finientisq; cùm impares signorum occasus contineat: Secunda spacia vtriusque latitudinis nam tardius austrina, arctoa citius prodit. Tertia sideris eius velocior tardiorque cursus.*

Ver. 23. *TITAN) Sol etiam Titan dicitur vnus nempe è Titanibus, Pausanias refert Titanem creditum Solis fratrem, qui habitarit ad Asopū à quo ipsa regio Titane dicta esset. Ipse tamen existimat, virum solertem fuiße temporum obseruatorem, vnde eum Solis fratrem vulgo dictum.*

Ver. 23. *OLYMPI) Olympus cœlum dicitur, quasi* ὁλόλαμπος, *id est totus lucidus: &* θεοῦ οἰκητήριον, *id est Dei domicilium.*

COMMVNICAT ASTRIS) Grāmatici hanc, inter stellā, astrū, signū, & sid⁹, differentiā constituunt, quod nihil aliud sit astrū sidus vel signum, quàm animalium aliarumue Vide Macrobium. *rerum in cœlo effigies, ex pluribus constans stellis, vt est sidus Scorpionis cui Ptolomæus 21. stellas tribuit. Aquarij quod 42. stellas habet.*

At


At stella singularis est, vnde Canopus, Sirius, & planetæ stellæ, non sidera vocantur. Quomodo autem Sol dux author reliquorum luminũ sit suprà explicatum est,

TRAMITE SIGNIFERI) *Id est Sol recta semita sub zodiaco mouetur nec in hãc nec in illam partem vt reliqui planetæ decurrit. Est autem zodiacus seu signifer circulus magnus sub quo septem stellæ errantes feruntur, duodecim signa continens & æquinoctialem dimidia sui parte versus septentrionem, altera versus Austrum persecans. Virgilius* Georgic. *primo.* Pag. 43. Ver. 1.

Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Hunc per mediũ secat Ecliptica linea, sic dicta quòd sole & Luna vel iunctis vel oppositis in hoc circulo alterius defectus eueniat. Nec aliã ob causam hunc circulum excogitarunt Mathematici, quam, dum cœlum distinxissent per Aequinoctialem vt diligenter motũ planetarum obseruarent cũ viderẽt eos proprijs motib. ab Aequinoctiali, nunc ad Austrum nunc ad septentrionem moueri, ac deinde ad Aequinoctialem redire. cumq́ue diurna obseruatione cognoscerent Planetas semper eundem incessum retinere per obliquum secantem cœlum viam, & Aequinoctialem in cœlo notauerunt, eamq́; zodia-

cum vocarunt, à ζωῆ, id est vita, quia est semita solis, qui autor vitæ esse dicitur, vel à ζώδιον id est animantium figuris, quibus hic circulus ex stellarum concursu constitui imaginatur.



Ver. 23. *IMBREQVE FOECVNDO) Imber vt Apuleius lib 1. de mundo definit, est agmen aquarum largius ex concretis effusum nubibus. Nimbus verò repentinior, & vehementior pluuia, & quanto est improuisior, tanto est præcitatior & breuiore astringitur casu. Virgilius*

lius Georgic. quarto.

Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.

Et non solum cœlestium agmen aquarum, sed etiam omnem humorem aqueum significat: Lucretius.

Ex igni terraque animæ nascuntur & imbri,

Sunt qui putant hoc nomen cum aspirationis nota & Y. scribendum: alij cũ aspiratione, & I. Latino, alij verò sine aspiratione vt Festus.

VANA FIDES) Diuersas veterum philosophorum opiniones de Galaxia hoc loco proponit. Pythagorei hanc, à Sole cum Phaetontis ductu, propria discederet via, exustam esse cœli partem putabant. Democritus innumeras stellas, breuesq; omnes, quæ spisso tractu in vnũ coactæ, spacijs quæ angustissima interiacent opertis, vicinæ sibi vndiq; & ideo passim diffusæ lucis aspergine, continuum iũcti luminis corpus ostendunt. Theophrastus hanc compagem esse voluit qua de duobus hemisphærijs cœli orbis solidatus est. Diodorus ignem esse densatæ concretæq; naturæ in vnam curui limitis semitam discretione mundanæ fabricæ coaceruante concretum: & ideò visum intuentis admittere, reliquo igne cœlesti lucem suam nimia subtilitate diffusam non subijciente conspectui. Eratostenes, teste Hygino Mercurio dicit infanti insciam Iunonem, lac dedisse: sed posteaquam Maiæ filium

Ver. 7.

Aristo. lib. 1. meteor. ca. 8. & Macrob. li 1. cap. 15. in somnium Scipionis.

filiũ cognouiſſet, à ſe reieciſſe: ita effuſi lactis ſplẽdorem inter ſidera apparere. Anaxagoras reflexum eſſe Solaris luminis non intermicantibus aſtris. Poßidonius ait lacteum caloris eſſe ſiderei infuſionem: quam ideò aduerſa zodiaco curuitas obliquauit, vt quoniam Sol nunquam zodiaci excedendo terminos, expertẽ feruoris ſui partẽ cœli reliquã deſerebat, hic circus à via Solis in obliquum recedens, totam mundi Machinã flexu calido temperet. Ptolomæus cingulum eße exiſtimat per initia Geminorum & Sagittarij cœlum ambiẽtem cãdore ſuo notabilẽ & nebuloſo lumine collucentem. Ouidius Deorum iter ſtatuit.

Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta Tonantis,
Regalemq; domum.

Idem hoc Manilius eleganti carmine expreßit
Corporibus reſoluta ſuis, terræq; remiſſa
Huc migrant ex orbe ſuumque habitantia cœlum.
Aethereos viuunt annos mundoque fruuntur.

Ver. 19. *AXE POLOS FIGIT) Axis eſt linea recta per centrum tranſiens & vtrimque ſphæræ circumferentiam contingens, circa quam mũdus aſſidua rapidißimaque vertigine circumuoluitur, de quo ita Manilius.*

Aera

Aëra per gelidum tenuis deducitur axis,
Libratumq; regit diuerso cardine mundum,
Sydereus circa medium, quem voluitur orbis,
Aethæreosq; rotat cursus, immotus: at ille
In binas Arctos magni per inania mundi,
Perq; ipsum terræ directus conspicit orbem.

ISTE QVIDEM PLAVSTRI) Bootes græcè ἀρκτοφύλαξ custos plaustri esse fertur propterea quod more Bubulci plaustrum sequatur, à poëtis custos Erymantidos vrsæ dicitur. Iuuenalis. Ver. 25. Bootes custos plaustri esse dicitur.

Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.
& Ouidius.
Arctophylax formam terga sequentis habet.

Hoc sidus iuxta Ptolomæum cōstat stellis 22, secundum Hyginum stellis 14. harum vna primæ magnitudinis Arcturus dicitur, eius ortus Autumni principium teste Galeno efficit, & sæuas tempestates excitat, totum mare procellis conturbat Virgilius.

Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,
Hædorumq; dies seruandi ac lucidus Anguis.
Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis,
Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Idem Georg. primo.
At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.

Ius-

Pag. 45. Ver. 1. *IVSSAQVE PHOENICES) Germanicus in Aratum duos constituit arctos quorum maiorem Helycem, minorẽ vero canis caudam appellant, quæ alio quoque nomine à græcis vt ait eius cõmentator, αρκτόφυλαξ, ab alijs Phœnice, eò quòd Phœnices hanc inter nauigandum obseruent, dicitur.*

Ver. 5. *HYBERNVS ORION) Tradunt Hyreum quendam senem fuisse, qui cum Iouem & Mercurium hospitio humaniter excepisset, ab ijs petiuisse filium: vxorem olim sterilem è rebus humanis decessisse: Atque vt hoc facilius à dijs impetraret bouem statim illis immolasse. Dij verò in corio bouis lotium reddiderunt, atque ita conuolutum in terra condiderunt. vnde natus est Hiero, quem à lotio Vrionem vocauit. atque inde vnius litæræ mutatiõe Orion cœptus est appellari ἀπὸ τῶν οὔρων, ὅτι ἐκ τοῦ οὔρων ἐτέχθη. Sũt qui hunc à Ioue, Mercurio, & Neptuno genitum referant staturæque ingentis. Hic cùm aliquando à rege hospitio exceptus fuisset, aggressus fuit eius construprare filiam, quamobrem ab eo oculis priuatus fuit. Cumque oraculum Apollinis consuleret qua arte visum recuperaret: respõsum ei fuit, si per mare contra ortũ incederet, vt radij solares oculis eius illucescerẽt: id quod fecit. Et cum Cyclopũ, arma Ioui fabricantiũ strepitum audiuisset, sonũ sequutus, ad eos ductus per-*

peruenit, & vnum in humeros sublatum abstulit, quo duce oraculum impleuit. Cùm autem ad maturam ætatem peruenisset, magnus venator euasit ac Dianæ comes adiunctus est, ita vt penè nupsisse ei crederetur. Quam rem Apollo indignè ferens subinde sororem amanter obiurgabat. Accidit aũt casu vt videret Orionis procul natantis caput: contendit ergo cum sorore, eam non tacturam sagittis, id quod procul nigrum in fluctibus appareret. Diana cùm vellet artificij sui in iaculando specimen edere, Orionis caput fixit. Cumque deinde corpus amatoris sui in littus eiectum conspiceret & factum doleret, eum inter sidera relatum cum tauro decertantem fecit. Oritur secũdum Ptolomæum (illũ quem regem Aegypti voluerunt) vndecima die Iunij ratione stellarum propiùs ad zodiacum accedentium, concitat exortu suo pluuias ac tempestates: quare & Virgilio 3. Aeneidos nimbosus dicitur.

Huc cursus fuit,
Cum subitò aßurgens fluctu nimbosus Orion. Pag. 45.

DENSAT IN IMBRES) Grammatici imbrem ab hyãdo deriuant, quod anima à nobis emissa tum maximè appareat: alij verò ab hyeme deducunt hymber quasi hyember. Ver. 7.

CVM PLACET ET PLEIAS) Ver. 13. Græci Pleiades à pluralitate vocant, latini eo quod

quòd vere oriantur Vergilias appellant: his occidentibus hyems significatur: Orientibus æstas. Marcus Varro. lib. 1. Hebdomadum ideo septem esse Pleiades aßerit, quòd septenarius numerus omnium sit plenißimus. Harum nomina putantur. Electra, Halcyone, Calæno, Merope, Asterope, Tayte, Maia, quarum septima vix cerni potest. Hyginus lib. 2. paulo aliter harum nomina recenset, Ambrosia, Eudora, Pedile, Coronis, Polyßo, Phyleto Thyane: de his sic canit ouidius li. 4. Fastorum.

Pleiades incipient humeros releuare paternos
 Quæ septem dici, sex tamen esse solent.
Seu quod in amplexus sex hinc venere Deorum.
 Nam Steropen Marti concubuiße ferunt.
Septima mortali Merope tibi Sysiphe nupsit
 Pœnitet, & facti sola pudore latet.
Siue quod Electra Troiæ spectare ruinas
 Non tulit, ante oculos opposuitq; manum.

Ver. 19. FRONTE BOVIS PROFERS HYADAS) Hyades septẽ stellæ sunt in frõte Tauri sitæ, quæ exortu suo pluuias concitant. Nã Plinius testatur lib. 2. c. 59. sidera suo quæq; motu naturam suam exercere: testari id imbribus præsentibus Saturnum, eamque vim nõ solùm inesse planetis, verumetiã cœlo fixis, præcipuè quoties errantium acceßu impulsu aut contactu radiorum, extimulata sunt: qualiter in suc-

culis

ulis sentimus accidere, quas græci ob id pluuio nomine Hyades appellant. Veteres Romani Hyades quoque succulas dixerunt ob cognominis græci similitudinem. Hoc Tiro Ciceronis libertus reprehendit. Adeo, inquit, veteres Romani literas græcas nesciuerunt, & rudes græcæ linguæ fuerunt, vt stellas quæ in capite Tauri sunt propterea succulas appellarint, quod eas ὑάδας græci vocant, tanquam id verbum græci verbi interpretamentum sit, quia græcæ ὗς sues latinè dicantur. Sed ὑάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita vt nostri optici putauerũt, sed ab eo quod est ὕειν, appellantur. nam & cum oriuntur & cùm occidunt tempestates, pluuias, largosq; imbres cient: pluere autem græca lingua ὕειν dicitur. Hæc Tiro in Pandectis. Scholiastes Homeri lib. Iliad. 18. putat eas nominatas à literæ υ similitudine, vel quòd causa imbrium sint & tempestatum. Referunt has Hyadas Liberi patris nutrices fuisse & antea Dodonidas Nymphas appellatas à Dodono Europæ filio, cognato Cadmi. Homeri interpres ad hunc modum fabulam refert. Iupiter Liberũ è femore suo natum, Nymphis Dodonibus educandum dedit, Ambrosiæ, Coronidi, Eudoræ, Dioræ, Aesilæ & Polyxo. Hæ cùm Liberum educassent, cum eo vitem ab ipso deo inuentam obambularunt, mortalibus gratificantes. Lycurgus Dionysium ad mare vsque persequitur, Iupiter

Disertè hæc Gel. prosequitur li. 13. c. 9.

Refert & hanc fabulã Pherecydes.

illas miseratus astris intulit.

Ver. 23. *QVISVE IVBET FERVENS*) S[...]*rius stella est in medio cœli, ad quam cũ Sol per[...]uenerit duplicatur calor eius, corporaq́; human[...] languore afficiuntur. Homerus Iliad.* 22.

Quem senior Priamus primus conspexit in armi[...]
Fulgentem, veluti sidus quod sole relicto
Anteit autumnum, nocturnosq́; eminet inter
Ignes, atq; suo vincit splendore tenebras,
Formosiq́; tenet nomen canis Orionis,
Qui febrim & morbos miseris mortalib. affert[...]

& Virgilius 10. *Aeneidos*

Virgilius. *Ille sitim morbosq́; ferens mortalibus ægris*
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.

Huius exortu accenduntur Solis vapores, huiu[...] sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur[...] feruent maria, fluctuant in cellis vina, mouetu[...]
Manilius. *stagna, ita vt rectè Manilius dixerit.*

Qua nullum terris violentius aduenit astrum[...]
Nec grauius cedit, non horrens frigore surgit.

Continet stellas iuxta Ptolomæũ 18, *quarũ vna in eius ore effulgens primæ est magnitudinis & Sirius appellatur, vide Aratum in Phænomenis & Plinium lib,* 2. *ca.* 40.

Ver. 27. *VT SVBLIME POLVM*) *Quoniam Poëta varias de rerum principio opiniones recenset, altiùs eas repetendas ducim⁹. Thales Milesi⁹ inter sapiẽtes præcipuè celebrat⁹ cũ quo sa[...]*

cer-

cerdotes Aegyptij, & vates Pindarus ex humo re oĩa constare dixerunt, Anaximander Prixiadæ, & ipse Milesius, non ex vna re, sicut Thales ex humore, sed ex suis proprijs principijs quasq; res nasci putauit, eaq; rerum principia infinita esse, & innumerabiles mũdos gignere, eosq; mũdos, modò dissolui modò iterum gigni existimauit. Anaximenes Anaximandri discipulus, & in schola successor, oẽs rerũ causas infinito aeri dedit nec deos negauit aut tacuit, non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit, hui⁹ meminit Cicero his verbis. Anaximenes aera deũ constituit, eumq; gigni, esse immensum & infinitum & semper in motu. Sydera aũt solemq; & lunam de terra natum esse opinatur. Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius, harum rerum omniũ quas videmus principia similitudines partiũ dixit: vt enim ex minutissimis quæ vocantur ramentis aurũ constat: ita & ex paruis similium partiũ corporib. hoc totum esse compositũ. Diogenes Anaximenis auditor aerẽ quidẽ dixit esse rerũ materiã, ex quo omnia fierent, sed eũ esse cõpotẽ diuinæ ratiõis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Archela⁹ Apollodori fili⁹ aut secũdum alios Myltonis, Atheniẽsis physicus, terrã constituit rerũ principium, & hinc omnia elemẽta mundi, ipsumq; mundum & quæ in eo gignũtur, existere. Pythagoras Samius, Mnesarchi filius principium rerum omnium mona-

Anaximenes.

Diogenes.

Fuit Archelaus Anaxagoræ auditor & in schola successor.

Pythagoras Samius.

dem esse voluit, ex monade infinitam dyadem vt materia monadi vt causa suppeteret. Ex monade porrò & infinita dyade numeros, ex numeris puncta, ex his lineas, ex lineis figuras, ex his corpora, quorum elemēta Ignis, Aqua, Terra, Aer: ex ijs fieri mundū qui terrā cōtineat grauitate sua depressam. Xenophanes Colophonius ex terra & aqua omnia dixit fieri, esse verò omnia velut dixit, nihil videri: sic rectum nobis obscurū est: opinio autem in omnibus versatur maximè obscuris, atque hæc sentētia videtur ex Homerico illo versu occasionem traxisse.

Xenophanes Colophonius.

ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε.

id est.

Sed quidem omnes aqua & terra fiatis.

Phericides terram ante omnia factam asserit, & ex hac omnia fieri & in ipsam omnia resolui. Parmenides Pyretis filius, Eleates genere, Xenophanis auditor, vel, vt Theophrastus tradit, Anaximandri, omnia ex infinito constare putauit. Melissus Ithagenis filius, Samius genere, auditor Parmenidis, vniuersum esse infinitum dixit, nihilque firmum naturâ, sed omnia interitui obnoxia. Zeno Eleates contentiosus æqualiter cum altero zenone, terram immobilem ait, & nullum locum vacuum esse. Leucippus Milesius, iuxta quosdam verò Eleates, & hic contentiosus, infinitum quoque rerum omni

Zeno.

um

m principium materiamque constituit, & cun-
cta iuxta imaginationem καὶ σύμφανίαν fieri, ac
nihil secundum veritatem, sed sic apparere ve-
lut remum in aqua. Democritus Damasippi Democritus.
filius principia omnium esse atomos, eosque ma
gnitudine & numero esse infinitos, ferrique in
toto ac rotari, atque ita concretiones oẽs gigne
re, Ignem, Aerem, Aquam, Terram, omniaque
hæc ex atomis quibusdam constare, esseque pas-
sioni & immutationi ob firmitatem ac solidita
tem minimè obnoxia. Heraclitus Bysonis, vel Heraclitus.
vt alij, Herationtis filius Ephesius, ex igne cun-
cta constare, in eumq; resolui vniuersa credidit.
Prodicus quatuor elementa, & Solem, & Lunã
Deos vocat, propterea quòd ex his omnium re-
rum ortus interitusque existat. Strato Lampsa
cenus Arcesilai filius physicus, calidam essen-
tiam vniuersorum principium constituit. Epi- Epicurus.
curus Athenis educatus solam fortunam in re
bus humanis dominari dicebat, omniaque ex a-
tomis constare, mundumque hunc totum cuius
circumflexu teguntur omnia, infinitum esse. Pla
to Atheniẽsis tria principia posuit, Deum, Ma- Plato.
teriam, & Formam, mundumque factum, sed nõ
interiturũ. Aristoteles Nicomachi medici filius
iuxta quosdã Macedo, iuxta alios Thrax gene Aristoteles
re, tria principia constituit, materiam, formam tria principia posuit.

& priuationem. Huius sententiam sequuti sunt Theophrastus Ephesius Critolaus phasilita. Empedocles. *Empedocles congregatione & dißipatione per litem amicitiamq́; omnia, tum fieri tum interimi arbitratur: atq; hæc de rerũ principijs.*

Pag.46. Ver.4. *CHAOS) Chaos veteres dixerunt indigestam & hiantem materiã: à verbo* χασμάω, *hio, vnde* χάσμα, *hiatus. priusquam enim à Deo rerum omniũ parẽte ac principe, singula in hãc pulcherrimam rerũ faciem disposita essent, nihil aliud in rerũ natura fuit quã Chaos, hoc est, vt poeta ait, rudis indigestaq́; moles. Non bene iunctarũ discordia semina rerum. Vsurpatur Chaos* Aristophanes *ab Aristophane in auibus pro aere teste Suida.*

διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας, καὶ τοῦ χάους,
τῶν μηρίων τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσετε,

Et hinc quia Chaos omnium rerum natura fuit primum, natũ prouerbium est, χάους ἀρχαιότερος καὶ τῶν κρονίων, *antiquior quã Chaos, & Saturni tẽpora: de re nimiũ prisca & obsoleta* ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν. *Citatur Ibycus ab eodẽ* ποτᾶται ἐν ἀλλοτρίῳ χάει: *id est volat in alieno chao. Ac rursum:* ὁ δὲ φλυαρεῖ, καὶ μάτην ἡμῶν λῆρον κατεχεῖ τοῦ χάους ἀρχαιότερον, καὶ κρονίων ἀπόζοντα *id est, Hic autem nugatur, ac temerè in nos nugas infundit antiquiores q̃ Chaos, & Saturni tẽpora redolẽtes.*

Ver.24. *HAEC PARS SVMMA PETIT) Non abs re fuerit ea adducere quæ Pli. li. 2. naturalis histo-*

historiæ ca.5 in hanc sententiam refert: *Nec de Elementis, inquit, video dubitari, quatuor ea esse, Igniũ summũ, inde tot stellarũ collucẽtiũ illos oculos: Proximũ spirit⁹, quẽ Græci nostriq́ue eodẽ vocabulo aera appellãt: Vitalẽ hunc & per cuncta rerũ meabilẽ, totoq; consertum, cuius vi suspensum cũ quarto aquarũ elemento, librari medio spacio tellurẽ. Ita mutuo cõplexu diuersitatis effici nexũ, & leuia ponderib. inhiberi quo minus euolent: contraq; grauia ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus. Sic pari in diuersa nisu vi sua quæq; cõsistere, irrequieto mũdi ipsius constricta circuitu quo semper in se currente, imam, atq; mediam in toto terrã eandemq́ue vniuersi cardine stare pendentem, librantẽ per quæ pendeat, ita Solem immobilem circa eã volubili vniuersitate, eandemq; ex omnibus necti, eidemq; omnia inniti.* Hactenus Plinius; Homerum quoq; quatuor constituisse elementa, apparet: cũ horũ mẽtionẽ multis in locis fecerit & ordinẽ etiã ipsorũ quomodo se haberent ostenderit, videlicet quẽadmodũ Terra infima esset & stabilis cæteris elementis mobilibus, & cælo omnia continente. Deinde cũ dicit Iunonem sororem simul habitare cũ Ioue, allegoricè intelligit aerem substantiam humidam, subiectam esse igni substantiæ calidæ. Fratres autem dicuntur Iupiter & Iuno propter similitudinem: ambo enim leues & mobiles, quoniam ex

Plin. quatuor Elemẽta cõstituit.

ipsis simul coeuntibus omnia oriantur. Vbi autem Homerus dicit, quòd Iupiter suspendit Iunonem, & pedibus duos apposuit incudes, mare & terram, aëri suppositam intelligit: manibus verò massam auream, ignem dicit. Apertè deinde quatuor ostēdit elemēta, vbi Neptunus ait, Tres sumus è Saturno & Rheanati fratres, Iupiter, & ego, & Pluto tertius, & tripliciter omnia inter nos diuisa sunt. Nam Iupiter sortitus est ignis naturam, Neptunus aquæ, Pluto aëris: terra verò mansit communis, quoniam trium superiorum elementorum natura semper mouetur: sola autem terra grauitate sui pressa, cētrum obtinet, & immobilis existit.

Pag. 47. Ver. 2. *ALTERNIS NVMERIS) Cùm elementa contrarias qualitates habeant, pugnentque inter se, facilior est transmutatio eorū, quæ habent aliquā cognationē, hoc est, quarū aliqua est similis qualitas: vt faciliùs ex aere fit aqua, vt ex vaporibus pluuiæ fiunt, quàm ex aqua ignis. In hanc sententiam inquit Empedocles.*

Vide Aristo. ca. 4. li. 2. de ortu & interitu.

Iungit amor quandoq; elementa, & semina rerum,
Dissiliunt odijs eadem certantia rursus,
Sic res gignit amor, sed non durabile quidquam,
Nascitur, inque vices mutātur cuncta subinde.

EMI-

EMITTVNT NVBES) Quomodo nubes liquore egresso in sublime aut ex aëre coacto in liquorem gignantur, hoc loco poëta breuiter ostendit. Ver.18.

CAVDA COMETIS) De natura cometis diuersas esse opiniones philosophorum animaduertimus. Aristoteles ait exhalationem esse calidam & siccam vi Solis & astrorum ad mediam aëris regionem egressam. Anaxagoras stellarum esse concursum flammas ex se emittentium, easque veluti scintillas ab aëre vibrari. Pythagorei ex stellis erratibus vnā esse volūt, Quia enim paulum à Sole digreditur, eam sæpe oblitescere, ita vt multo pòst tempore videatur. quod etiam Hippocrates Chius, & auditor eius Aeschylus volebant: sed comam nō per se habere sed ratione loci assumere. Si autem vndique similis fuerit cometes stella crinita & comarum modo in vertice hispida nuncupatur. Sin autem oblonga, pogonias quasi dicas barbata, & cui inferiori ex parte, in speciē barbæ longæ promittitur iuba, vocitantur. Ver.19. Aristo. lib.1. meteorol. ca. 6.& 7.

GRANDINIS EX FVMO) Hunc locum mirificè illustrant verba Plinij. li.2. cap. 60. Grandinem, inquit, conglatiato imbre gigni & niuem eodem humore molliùs coacto: pruinā autem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere non grandines, ipsasque grandines interdiu sæ- Pag.48. Ver.9. Plinius,

pi⁹ quã noctu, & multò celeri⁹ resolui quã niues. Nebulã nec æstate nec maximo frigore existere. Rores neq; gelu, neq; arboribus, neq; ventis, nec nisi serena nocte. Gelando liquorem minui, solutaq; glacie nõ eundẽ inuenire modũ. Hæc Plin.

Pag. 42. Ver. 21. IGNE LAPIS GENITVS) De natura fulminis, & quid sit, tum vnde nascatur diuersi diuersa senserunt, neq; dum inter eos conuenit. quidam affirmant supernorũ trium siderum ignes, esse qui decidui ad terras ferũtur. Zeno Cittieus incensionẽ validã vehementi cum impetu in terras ruentem facit, cũ inter se vi ventorum colliduntur nubes perrumpunturq;. Epicurus fulmina fieri cõtendit, per multos ventorum concursus, & conuolutiones, validamq; euaporationẽ & fractionem partis, eiusq; vehementiorem ad inferiora loca lapsum fragore illo continente, quod alia loca densiora sint ob implicatas nubes. Porro fulminum plura genera traduntur: quædã enim nocturna sunt, quædã ambigua, quæ nocte an die facta essent ignorabantur, ideoq; Romani duos deos coluerunt, in quorum potestate eßent fulmina Iouem & Summanũ. Ioui diurna tribuebãtur fulmina, Sũmano nocturna. Thusci nouem deos posuerunt, & fulmima esse vnde cim generũ. Festus & vulgaris disciplina Augurum Ro. tria genera fulminum tradebat. Postularia, quæ aliquod sacrum fieri postularent.

Zeno Cittieus.

Epicurus.

Pesti-

Peſtifera quæ exitium protenderent. Perentalia ſuperiorũ fulgurũ approbari expiationem ſignificantia: plura de fulminum generib. ex Cecinna, Volaterano, Seneca lib. Naturalium quæſtionum ſecundo, Plinius quoq; nonnulla, ſed in tranſcurſu vt reliqua.

IRIS) Plato in Cratylo, Irim dictam putat ἀπὸ τοῦ εἴρειν, qđ deorũ internũcia ſit & fere ad diſcordiã ferendã mittatur, vt Mercurius ad conciliandam pacem, ſpectatur ſemper aduerſo Sole, coloris eſt punicei & cærculei, vnde etiam ob varietatem colorum nata eſt prouerbialis metaphora ὑπὲρ πᾶσαν ἶριν. Hæc quia plurimum admirationis præ ſe fert quidam Thaumantis filiã inde creditã referunt. Nec deſunt qui arcũ dæmonis, id eſt, ſcientiæ nõminant, quod in eo ſint diuinæ benignitatis certiſſima ſigna non aqua ſed igni interiturum hunc mundum. Fiunt teſte Plinio, hyeme, maximè ab Aequinoctio autumnali die decreſcente, quo rurſus creſcente non exiſtũt nec circa ſolſtitium longiſſimis diebus: brumali tempore frequenter cernuntur, ijdem ſublimes humili ſole humilesq; ſublimi & minores occidẽte vel oriente, ſed in latitudinem diffuſi. Ariſtoteli Iris, nec circulus eſt, neq; ſemicirculo maior ſed ſemicirculus, aut eo minor: Heſiodo maior, à quo etiam πολυώνυμον ὕδωρ dicitur, quod multiplicem colorem habeat: Poſt pluuiam Iris nun-

Pag. 50. Ver. 1.

Iris quẽ colorem habeat.

nunciat ſerenitatem. Phyſici multa argutè diſputant, num Iris nube caua concipiatur, coloréſue eius veri ſint an falſi: vtrum ex ea vt terræ odor quis proueniat, an non. vide Ariſt. 3. Met.

Ver. 15. *AVSTRALES EXOS A PLAGAS*)
Circuli 4. *Quatuor circuli minores, Arctici duo, totidemq; tropici, quinque in cœlo Zonas, & totidem his ſubiectas in terra plagas conſtituunt, quæ totũ terrarum orbem ambiunt. nam & terra ſuũ habet æquinoctialem, tropicos & arcticos circulos cœleſtibus reſpondentes. Varijs autem nominibus hæ zonæ ab authoribus appellantur. Cicero vocat Maculas, Virgilius zonas, Martianus Faſcias, Macrobius Cingulos, Ouidius plagas, quẽ hoc loco autor ſequutus eſt.*

Ver. 26. *QVIS IVBET VT SVRGAT*) *Exhalationẽ calidam & ſiccam ventorum materiam eſſe oſtendit.*

Ver. 28. *AEOLVS AVGET OPES*) *Aeolia ſeptem inſularum regio eſt, inter Siciliam & Italiam, quæ à nonnullis, Vulcaniæ ſunt appellatæ: Nam perpetuò flagrant igne, perinde vt Aetna. Mela eas his nominibus recenſet, Oſteodes Lipara, Didyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Strongyle. Sed Strabo eas aliter nominat, pro Hiera & Oſteodes Euonymum & Thermeſſam conſtituit. In his itaque inſulis Eeolum Iouis & Aceſtæ filium, imperium habuiſſe referunt,*

Aeolia ſeptẽ inſularum regio.

Aeolus rex ventorum.

qui

qui ventorum ac tempestatũ causas summa prudentia prædixit & nautis denunciauit quando fœliciter sub Tauro sidere nauigarẽt, quãdiu zephyrus ipsis spiraret: nũ sub Caniculæ talis aut in eius exortu alius oriretur, vnde Poëtæ fabulandi materiam sumpserunt Aeolum ventorum regem, eos illic conclusos montium carceribus continere: ac quoties libitum sit, nunc hos, nunc illos, solutis habenis in terras ac maria emittere. vnde Vlyßes ille Homericus, cùm pugnantes vẽtos in vtre conclusos haberet, solo zephyro secundo ita nouem dies ac totidem noctes nauigauit, vt decimo tandẽ die patriã procul è fluctib. & populatores quosdã cõspiceret. Magnis laborib. tãdem defessus, cùm semper nauis pedẽ tenuisset, arctior eum somnus complexus est, socij illo somno oppresso cùm vtrem reclusißent, rati eum auro plenum, vndique effusis ac diuersis ventis præter spem mare concitantibus, retro inuiti ac reluctantes in Aeoliam, vnde soluerant, regreßi fuerunt. Aeolus eiectum hostiliter, ac infestè ex insula facessere iußit, his verbis. Vlyßes, Homericus.

ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλάχιστε ζωόντων,
ἔρρ' ἀθανάτοισιν ἀπεχθόμενος, ἐνθάδ' ἱκάνεις,

CIRCIVS A DEXTRIS) *De numero ventorum alij aliter sentiunt, veteres quatuor omninò seruauere per totidem mũdi partes: ideo nec Homerus plures nominat quem imitatur* Pag. 51. Ver. 3.

tatur Ouidius lib. primo Metamorph.

Eurus ad auroram Nabatheaq; regna recesſit,
Perſidaque & radijs iuga ſubdita matutinis
Veſper & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt.
Proxima ſunt zephyro Scythiā ſeptemq; triones
Horrifer inuaſit Boreas, contraria tellus
Nubibus aſsiduis pluuioq; madeſcit ab Auſtro.

Ariſtoteles & hunc ſecutus Plinius. 12. numerant, vt ſingulis cardinalibus duo accedant. Subſolano adiacet ad æſtiuum orientem καικίας *quem Ariſtoteles ita flare dicit vt nubes non procul propellat, ſed ad ſe vocet, ex quo verſum iſtum prouerbialem factum ait*


Vide Aul Gellium.

κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφος

Ad hyemalem exortum, Vulturnus εὖρος, *Fauonio ab æſtiuo occaſu chorus* ἀργέστης, *qui & Scyron, ac Olympias: à Brumali occaſu Africus* λίψ: *ex Libya enim ſiue Africa ſpirat. Septentrioni à dextris Circius* θρασκίας: *à ſiniſtris Aquilo,* βορέας ἀπὸ τοῦ βοᾶν *quod ſonitum edat dictus. Auſtro ad læuam, Auſtro Africus.* λιβόνοτος *medius inter Africum & Noton: ad orientem & dextram* εὐρόνοτος. *Euroauſter, quem Plinius etiā* φοίνικα *appellari ſcribit. Præter hos ventos ſunt & alij cōmētitij ſuæ quiſq; regionis indigenæ vt eſt Horatianus ille Atabulus, item Eteſiæ qui & Prodromi nominantur, qui certo anni tēpore cū canis oritur, ex alia atq; alia parte cœli ſpirāt.*

Ven-

Ventorũ sit᷒ & regiones subiecta figura ostẽdit.



AQVILONEM MITTIT AB ORIS) Ver. 5.
Aquilonem, græci ab horrendo sono, modo βορέαν, modò βορέαδα, nunc βοῤῥᾶν, vocãt: latinè ab aquilæ vehemẽtissimi volatus similitudine aquilonem. Huius prosopopoeia elegantissima extat apud Ouidium, li. Metamorph. sexto.

Apta mihi vis est, qua tristia nubila pello,
Et freta concutio, nodosaq; robora verto,
Induroq; niues, & terras grandine pulso,
Idem ego cum fratres cœlo sum nactus aperto
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor.

Vt

Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantque cauis elisi nubibus ignes,
Idem ego cùm subij conuexa foramina terræ,
Supposuique ferox imis, mea terga cauernis,
Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.

Ver. 11. TVRBAT ET AVTVMNVM) Quo tempore omnia rerum è terra nascentium ad senectutem à maturitate vergunt.

Ver. 21. PHOEBI PRODVCIS ABORTV) Cardines qui & limites, ac plagæ appellantur, mundi quatuor sunt, Oriens, Occidens, Meridies & Septentrio. Oriens ea mũdi regio dicitur vnde Sol aßurgit & è tenebris emergit. Occidens circa quam occultatur & demergitur. Meridies & Australis regio, qua die medio flagrantibus æstuat horis. Sẽptẽtrio huic opposita, rigida, Soli inacceßa, vbi, vt inquit Lucanus.

Bruma rigens, ac nescia vere remitti
Adstringit Scythicum glaciali frigore pontum.


Atque hos mundi Cardines eleganti carmine Manilius descripsit.

Vnus ab exortu cœli nascentis in orbem,
Qua primum terris æquali limite creuit.
Alter ab aduersa respondens ætheris ora
Vnde fugit mundus, præcepsque in tartara tendit.
Tertius excelsi signat vestigia cæli,

Quo

Quo defessus equis Phœbus subsistit habenis.
Ima tenet quartus, fundatus nobilis orbe,
In quo principium est reditus, finisq; cadendi.

ALAEVA CORVS) Habet quoq; mū dus ex philosophorū ac Mathematicorū sententia, Dextrum, Sinistrum, Ante, & retro, Superū & inferum. Superum dicitur quod vndiq; æqualiter à medio distat. Infimum terra, quæ grauitate sui pressa centrū obtinet, ad quam labuntur omnia suo nutu pondera. Astronomi occiduam mundi plagam dextrā, Orientalem sinistram, posteriorem septentrionalem, anteriorem meridionalē nominãt Ver. 28.



Poëtæ totum mũdum in duo diuidunt hemisphæria, quorum alterum quod ab æquinoctiali ad Septentrionalem verticem tẽdit, dextrum, alterum sinistrũ nominant: quod perspicuè ex his Ouidij versibus cognoscitur.

Vtq; duæ dextra cælum, todidemq; sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem,
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est non est habitabilis æstu
Nix tegit alta duas, totidẽ inter vtrasq; locauit
Temperiemq; dedit, mista cum frigore flamma.

Geographi verò Septentrionalem mundi partem spectantes, meridiem à tergo, à læua occidentem à dextra orientem habent:

Pag. 56. Ver. 6. *THETIS) De Thetide græci variè fabulantur. Lycophron tradit, Thetin ex Peleo septẽ liberos procreasse masculæ stirpis, quorum sex in ignẽ abiecit, quòd à sua natura ac indole degenerarent: à cæde verò Achillis prohibita fuit. Alij scribunt partem in feruentem lebetem, partẽ in ignem abiecisse, vt exploraret, numnam mortales essent. Pindarus refert, Iouem, Apollinem, & Neptunum de Thetidis nuptijs inter se certasse, atque à Themide repulsos: vel (vt alijs placet) à Prometheo.* Oraculum de Thetide. *Oraculum ita respon derat de Thetide,* ἣ τέξεται γενναῖον φέρτερον πατρός, *id est Quæ patre strennuum magis gnatum suo pariet*

et. Apollodorus tamen ait, Iouem & Neptunũ solos contendiſſe, vter Thetide potiretur: atq; ipſam cum Ioue voluiſſe habere conſuetudinem quod à Iunone educata eſſet: quamobrem Iupiter irat⁹, eam homini mortali in matrimoniũ dedit. Chironis deinde conſilio ac voluntate Peleus eã cõſequut⁹ fuit. Sophocles autor eſt, Thetidẽ à Peleo ignominia affectã, eũ deſeruiſſe. Hinc inter nymphas marinas, Nerei filias, cœpta eſt cẽſeri.

HVMOREMQVE GRAVEM) Ariſtoteles lib. 2. de fontium fluminumq́; ortu diſputans, aerem ex frigiditate loci infra terram ſuſceptum, cauſam eorum eſſe aſſerit, idq́; varijs ſignis ac argumentis docet, ca. 13. li. 2 Meteorol. Ver. 27.

SVGIT ENIM COELVM) Plinius mundum & hoc quod alio nomine cœlum appellatur, cuius circumflexu teguntur omnia, numen eſſe exiſtimat, æternum, immenſum neq; genitum, neque interiturum vnquam. Huius extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. Sacer eſt, æternus, immenſus, totus in toto: imo verò ipſe totum finitus, & infinito ſimilis, &c. Sed valeant Philoſophorum ſomnia. Illud ſimplicius multoq́; verius, cœlũ & vniuerſam eius faciem Dei opificium eſſe ſphæricum, quo omnia quæ ſupra infraq́; terram ſunt continentur, materia incognita. Pag. 35. Ver. 13.

FLVMINA) conſtat omnia flumina in mare exonerari: quamobrem à poëtis Naiades Pag. 58. Ver. 19

Oceani filiæ, perinde vt maris nymphæ Nerei & Doridis finguntur. Hinc prouerbium ortum est. Viam qui nescit ad mare, eum oportet amnẽ quærere comitem sibi: hoc est qui per se non sapit satis, obtemperet alijs qui plus sapere videantur: qui rectè viuendi formulam ignoret, eos sibi imitandos proponat, quorum vita ad amussim dirigitur.

Ver. 21. *NAM VAPOR) Docet commixtionem terrestrem causam esse salsedinis maris: Sol enim plerũque id quod in aqua dulce est sursum attrahit, grauior verò aqua in mari subsidit, cui permixtæ exhalatiões terrestres siccæ & adustæ aquam marinam salsam & amarã reddunt. Reliqua copiose. Aristoteles. lib. 2. meteorologicorum ca. 3. prosequitur.*

Ver. eodem. *OCEANI) Oceanus est mare quod vniuersam terram circumfluit non vno sed gemino vt ait Macrobius ambitu. prior per zonam terræ calidam penetrat, ab oriente duos sinus refundens, vnum ad extremos vsq; Septentrionis partes, ad Australes alterum, & rursus ab occidente duo enascuntur sinus, qui ad ambas superiorum extremitates refusi, occurrunt ab oriente demissis: & dum ingenti magnoq; impetu miscentur, inuicemq; se feriunt, ex ipsa aquarum collisione, fit magna illa Oceani accessio pariterq; recessio. De quo plura Plinius lib. 3. &* Solinus *&*

Oceanus quo modo terram ambiat.

Mela

Mela.lib. 3.

AB AVSTRO) Auster ventus est à meridie flans nebulosus atq; humectans, à Græcis νότος *appellatur, Vergil.Georg.*4. Pag.54. Ver.5.

Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster. Auster vētus

Plura de ventis & eorum generibus, vide apud Aristotelem lib. Meteorologicon tertio & Senecam. Q. Nat. quinto, Victruuium libro primo.

HAEC RATE LVCRIFERA) Iuxta illud Horatij lib 1. *Epist.* Ver. 13.

Impiger extremos currit mercator ad Indos, Horatius
Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes

*Idem Satyra.*1.*lib.*1.

Dimoueat lucro, neque hyems,
Nil obstat tibi, dum ne sit te ditior alter.

*& Manilius lib.*4.*Astrono.*

Vt veniant gemmæ, totus transibitur orbis, Manilius.
Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit,
Annua solliciti consumunt vota coloni,
Et quantæ mercedis erunt fallacia rura,
Quæremus lucrum nauis, mortemque sequemur.
In prædas pudeat, tanto bona velle caduca.

NEPTVNVS) Saturnum ex ope tres filios suscepiße ferunt, qui ita inter se regnum paternum diuiserunt, vt Pluto inferiora, Iupiter Ver.18.

superiora, Neptunus maria obtineret, à Græcis ποσειδῶν vel ob id dictus putatur, quasi ποιῶν εἴδη formas atq; imagines factitans. Tridentem ei attribuunt quòd aqua triplici munere fungatur, liquido, fœcundo, & potabili, quare disertè Pindarus ἄριστον μὲν ὕδωρ. Porro quod maris imperium sortit' sit, quidā inde factū existimāt, quòd prim' ausus fuerit nauibus maria experiri: quare à patre maritimæ rei præfectus cōstitutus fuit, Marisq; imperium ad eum modum consequutus, id demum obtinuit, vt ei vana posteritas veluti Deo maris tutelari, diuinos constitueric honores.

Neptunus maris imperium sortitus est.

Ver. 19. PRO SCELERIS MERCEDE DATAS) Elegans hæc est maris mortui descriptio, in quo vrbes illæ quinque infames absorptæ sunt igni & sulphure, propter abominabile illud crimen quod ab illarum vna zodamiticum vocatur. De hoc ita D. Augustinus in lib. de Mirabil. sacræ scripturæ. Magno deinde tēporis interuallo peracto, in confinio Arabiæ & Palestinæ quinque ciuitates positæ, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim & Segor, fæcūdissimi soli habitatione & rerum omnium abundantia perfruentes, inconuenientis luxuriæ & cupidinis in contractione tritici conuictæ dominicæ vindictæ aditū præbuerunt, ita vt imbribus, ignis & sulphuris superfusa tota, cum habitatoribus suis, & animantibus

Augustinus.

suis

suis & vrbibus regio flagrans arderet. Hoc namque modo conueniebat vt qui communi studio Deum offenderant, communis vindictæ impetu eodem perirent, & qui contra consuetudinem hominum, in turpis concupiscentiæ perpetratiõe exarserãt contra consuetam hominũ mortem nõ terrena vindicta, sed cœlestiũ igniũ infusione arderent, & qui peccatũ suũ nõ solũ faciẽdo sed etiam prædicando palam fecerant, infamem vitã famosa poena consumerent, Hact. August.

TV LIQVIDIS SICCAM) Cùm terra arida & sicca, constare per se sine humore nõ possit, neque rursus aqua sine sustinente terra, à summo opifice Deo prouisum est, vt hac permanente, illa verò sinus pãdente, & mutuo veluti amplexu iuncta, in absoluti globi formam coirẽt geminumque centrum constituerent, vnum magnitudinis, alterum grauitatis Pag. 55. Ver. 3.

ET IACET IMA PETENS) Mediũ vniuersi locum, siue mundi centrum terræ globum obtinere, Plinius ex dioptris instrumẽtorum scilicet lineis, quas vulgò fiduciæ lineas appellãt cõprobat. Mediã, inquit, esse mundi totius terram haud dubijs cõstat argumẽtis, sed clarissimè æquinoctij partib. horis. Nã nisi in medio esset, æquales dies noctesq; haberi nõ posse deprehenderũt & dioptræ quæ vel maximè id cõfirmãt cũ æquinoctiali tẽpore ex eadẽ linea ort⁹ occasusq; cernatur Ver. 4 Terra centrũ mundi obtinet.

& solstitiales exortus per suam lineam, brumalisque occasus. Quæ accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset. Hæc ille,

Ver. 6. ET STABILIS MOTVS) Terra cum in medio cœli quod vndique sursum est, librata pendeat, fieri non potest vt in aliquam partem à medio recedat, sed necessario in ipso medio manet: vnde Poeta.

Imaque de cunctis mediam tenet vndique sedem.
Idcircoq; manet stabilis, quia totus ab illo
Tantundem refugit mundus, fecitque cadendo
Vndique ne caderet, medium totius & imum est.


Ver. 17. AB AETNA) Aetna mons Siciliæ prius Inesia appellatus teste Volaterano, perpetuo clarus incendio. In huius ascensu est oppidum eiusdem nominis, quod montem ascensuros excipit atque transmittit: multumque distat ab Enna ciuitate, quum mons littori adiaceat Catanensi: Enna verò in medio littore sit constituta. Pomponius.

Pag. 56. Ver. 5. TERRAM NON AGITAT) Harum opinionum autores fuisse Anaxagoram, Democritum, & Anaximenem, autor est Aristoteles lib. 2. meteorologicorum cap. 7.

Ver. 13. QVINQVE HAEC PARTITA PER ORAS) Subijcit terrarum descriptionem

nem & distinctionē locorum, quæ regiones habitabiles in terra, à cæteris quæ habitari non possunt discernit. Terrarum descriptio.

Quatuor circuli minores Arctici duo, duo tropici, quinque in cœlo zonas, totidem in terra plagas constituunt.



Appellamus ante Zonas spacia comprehensa inter duos parallelos seu æquidistantes circulos. De his sic canit Tibullus lib. 4. Tibullus.

Et quinque in partes totus disponitur orbis,

Atq; duæ gelido vastantur frigore semper,
Illic & densa tellus absconditur vmbra,
Ft nulla incepto perlabitur vnda liquore.
Sed durata riget densam in glaciemq; niuemq;
Quippe vbi non vnquam Titan superingerit ortus.
At media est Phœbi semper subiecta calori,
Seu propior terris æstiuum fertur in orbem,
Seu celer hybernas properat decurrere luces.
Non ergo pressa tellus consurgit aratro,
Nec frugem segetes præbent, nec pabula terræ,
Non illic colit arua Deus, Bacchusue Ceresue,
Nulla nec exustas habitant, animalia partes.
Fertilis hanc interposita est, interq; rigentes,
Nostraq; & huic aduersa solo pars altera nostro
Quas similes vtrinque tenens vicinia cœli,
Temperat alter, & alterius vires negat aër,
Hinc placidus nobis per tẽpora labitur annus,
Hic & colla iugo didicit submittere Taurus,
Et lenta excelsos vitis conscendere ramos,
Tondeturq; seges maturos annua partus,
Et ferro tellus: pontus confiditur ære
Quinetiam structis exurgunt oppida muris.

Virgilius. *Virgil. 1. Georgic.*

Quinq; tenent cœlum zonæ: quarum vna corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur

Cæ-

Cærulea glacie coneretæ, atq; imbribus atris.
Has inter, mediamq́;, duæ mortalibus ægris
Munere concesſæ diuum: & via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Putarunt tamen veteres vt Aristoteles, Plini⁹ Ptolomæus, Cicero, mediam illã zonam, quam æquinoctialis in duas partes secat, ob nimium Solis æstum inhabitari non poſſe. Verũ experientia hac nostra tẽpestate aliud docet. Insula Borreæ æquinoctiali circulo propinqua, colitur. Gens enim illa (vt refert Ludouicus Romanus lib. 6. suæ nauigationis, cap. 26.) colit idola: acerrimi est ingenij & vitæ haud illaudabilis, & color in albicantem magis inclinat: item Taprobanam & Pegũ ciuitatẽ Indiæ Insulam S. Thomæ inhabitari Portugalensium nauigationibus compertum est. Septentrionales quoque plagas inhabitari certũ est, & natis ibidẽ ob naturæ aſperitatem, commodiorẽ eſſe habitationem, quã ex nostris temperatis partibus ad eam diuertẽtib. itaque Gronlandia, Scrinia, Nogatia, & aliæ nonnullæ regiones veluti, Cacul Gottia septentrionalis, excultæ sunt.

Veteres mediam Zonã inhabitari non poſſe crediderunt.

CONVENIVNT ELEMENTA) Quomodo omnia mista corpora quæ medium hunc globũ tuentur, ex quatuor elementorum concursu producantur, disertè proſequitur Aristoteles ca. 8. lib. 2.

Pag. 56. Ver. 15.

de

Ver. 20. Plinius. *HAEC PECVDVM PARENS*) Hæc Plinij verba ex 2. libro capite 63. multum huic loco adferunt lucis. Sequitur inquit, terra, cui vni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis, Sic hominũ illa, vt cœlum dei, quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelq́; editos sustinet semper nouissimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens nullo magis sacramento, quam quo nos quoq; sacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenq́; prorogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui, & cætera quæ eo loco sequuntur.

Ver. 22. *VENTRE METALLA SVO*) Metalla ab inquirendo nomen acceperunt, quod in sterili solo montibusq́; magno labore & sumptibus inquirantur.

Ver. 25. *ABESTVS*) Abesti meminit Plinius lib. 37. cap. 10. & eum in Arcadiæ montibus nasci refert.

Ver. 27. *PARVVS ET VNDE LAPIS*) Alectoriam gemmam intelligit, de qua ita Plinius lib. 37. cap. 10. Alectorias vocant in ventrilis Gallinaceorum inuẽtas crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminib. inuictũ videri volunt.

Beril

BERILLO) Berillus lapis est pallidus, similis Smaragdo, ex quo pocula fiebant teste Prisciano, gignitur in India, semperq; Berilli sexangularis figura, artificũ ingenijs poliuntur, quoniam hebescunt nisi color repercussu angulorum excitetur.

IDEM CRYSTALLVS) Crystallus ex aquea constat materia ideoq; facilius liquescit in igne, transitque è vestigio in vitrum. Plinius hunc ex gelu vehementiore concreto nasci existimat. Vide Plinium lib. 37. & Dionysium de situ Orbis. Cardanum lib. 7. de Lapidibus. Ver. 3.

ADAMAS FLAMMISQVE) Adamas, lapis est indomitæ duriciei, adeò vt nec ferro malleis aut incudibus cedat, sed potiùs percussus vulnus inferat quam accipiat, coniectus in ignem nõ incalescit, quia eius natura victrix est ignium, vnde & nomen indomita vis Græca interpretatiõe accepit, Proinde quicquid inexorabile, & infatigabile est, id adamãtinum vocare solemus. Dionysius De Situ orbis. Ver. 7. Adamus lapis.

Hic adamas fulget, lymphantia pectora sanans
Et prohibens miseris, occulti damna veneni,
Quem minimè valeat ferrum superare nec ignis,
Frangitur hircino maceratus sanguine tantùm
Sed tepido, fractis multis incudibus antè
Ad motum retrahit defendens robore miro.

Hic lignis lucem simulat splendore lucernæ,
Hic meruit nomen præclaro nomine dignum.

Ver.11. *IASPIDE) Iaspis similis est Heliotropio: hic autore Galeno si viridis sit & è directo ventriculi suspensus, ventriculum non leuiter confirmat. Vide Dioscoridem lib. 5. & Plinium lib. 37.*

Ver.19. *CHRYSOLYTHI SPECIES) Crisolithus teste Plinio, gemma est aurei coloris micans: hunc vocant nostri Topazium, sicut verũ Topazium Crysolithum: plura Cardanus lib. 7. de Lapidibus.*

Ver.27. *CELIDONIVS) Varias multiplicesq́; Celidonij lapidis vires hoc loco breuiter enumerat.*

Pag 58. Ver.7. *SAPHIRO) De Saphiri virib. quas hoc loco recenset, lege Pli. li 37. c. 2. Dioscoridẽ l. 5. c. 149.*

Ver.12. *MAGNETIS SPECIES) Magnes appellatus est ab inuentore in Ida primum repertus. de huius virib. multa Plin. li. 36. ca. 16.*

Ver. 13. *TOPAZVS AFFERT) Vide Pli. li. 6. ca. 29.*

Ver. 25. *IRRIGVVS LOCVS HIC) Descriptio Paradisi est à circumstantijs.*

Pag. 61. Ver. 5. *DIXERAT HAECq́; AVIDA) Postquã ab homine Fortuna accusata esset quod improbos malosq́; ad maximas eueheret dignitates, bonos verò & pios deprimeret, ad Philosophiã tanquã iudicẽ æquũ & iustum, sententiã detulerũt. Philosophia, vtraq́; causa audita non fortunæ beneficio bona malaue hominibus euenire, sed diuina prouidentia cuncta gubernari docuit, quocirca*

homo

homo nunc philosophiã commẽdat, quòd sine ea nihil geri administrariq; possit, quòd hæc de moribus hominũ instituendis, de acquirendis virtutibus, de gubernãdis Rebuspub. atq; gerendis, de sedandis bellis, de concilianda pace, de tranquillitate & summa vrbium fœlicitate doceat: ita vt nos vere Philosophiã elegãtissimis & aureis Ciceronis verbis, matrem omniũ benefactorũ, bene dictorum, vitæ ducẽ, virtutis indagatricẽ, legum magistram, morum ac disciplinæ, ac denique laudatatũ artium omnium procreatricẽ quandã, & quasi parentem nuncupare debeamus.

VLTIMA SERMONEM) Epilogus est quo diuinum numẽ inuocat, ac eò oculos tendit, vbi sedes, vbi habitatio est Dei veri: qui terram stabili firmitate suspendit, qui cœlũ distinxit astris fulgentib. qui Solem reb. humanis clarissimũ, ac singulare lumen, in argumentũ suæ vnicæ maiestatis accendit: Terris aũt maria circũfudit. flumina sempiterno lapsu fluere præcepit. Habes nũc studiose Lector hos duos libros Henrici Mediolanensis Poëtæ ac Philosophi prestantissimi nostra diligentia ab interitu liberatos & commẽtarijs illustratos, qui si tibi quicquam adiumenti afferẽt equidẽ gaudeo: Sin minus autori nedũ decimum octauum annum egresso veniam præsta. Vale & conatum boni consule. Pag. 63. Ver. 14.

FINIS.